
Biblioteka Jagiellońska
stdr0003101


V
B J
C
10716

# REGULA
## *PROCESSUS GRANICIALIS*
# CAMPESTRIS
# REGNI POLONIÆ


*SECUNDUM PRAXIM MODERNI SÆCULI AD DISLIMITANDA BONA REGALIA SPIRITUALIA ET TERRESTRIA.*

## AD USUM PUBLICUM

CUM ADDITAMENTO LEGUM ET CONSTITUTIONUM REGNI

## AUTHORE
## MARTINO PACIORKOWSKI

OFFICII CASTRENSIS OPOCZNENSIS SUBDELEGATO JURATO.



L U B L I N I
Typis S. R. M. Collegii Soc: JESU Annô D. 1760.


BIBLIOTH·UNIV·
JAGELLONICAE

# PRÆFATIO
## *Ad Benevolum Lectorem*

CUm inter alia Scientiarum genera, quæ humano cætui, ad usum pernecessaria videntur, Juris prudentiam, vel maximè hoc in Nostro Poloniæ Regno utilissimam judicaverim, ad eamq; in statu perfecto acquirendam, plurima Legum Volumina sint volvenda, operæ pretium duxi, Opus hoc, quod multis ab Annis magno cum labore compendiavi, Tibi Lector Benevole præsentare. (*Regulam Processûs Granicialis Campestris*) nominare illud volui, non ideo, quasi vellem *Illustres Magnificos Succumerarios* è millibus electos, & in omni scientia perfectos & probatos, ac Eorum *Magnificos Camerarios Graniciales* hoc in passu instruere, cum aliunde mihi plusquam perspectum sit, eos perfectè tum Leges, tum Bonorum callere limites, quod ut (*Studiosa Jurisprudentiæ*


*tiæ Juventus*) faciliorem modum habeat, quo citius ad perfectionem hujus ſcientiæ pervenire poſſet. Videre profecto eſt Juventutem Noſtram in Gymnaſiis Juris-prudentiæ, pluribus verſari Annîs, tamen in hoc ſciendi genere aut parum admodum, aut plane nihil peritam, ad proprios redire Lares; ac Strepitibus Juris non ſine moleſtia magna Judicum, tam Terreſtribus, Caſtrenſibus, quàm *Tribunalitiis Judiciis* ſe immiſcere. Memet Ipſum haud abſimilem novi, dum in primo ætatis meæ flore, Caſtrenſibus, Terreſtribus adeſſem cauſis. Quamobrem cum ad ætatem perfectam, fato Deorum immortalium pervenerim, huic malo cupiens occurrere, Regulam cum diſtinctione dislimitandorum Bonorum, (*Regalium, Spiritualium ac Terreſtrium*) tam in Oris *Ruſſiæ, Pruſſiæ, Ducatus Maſoviæ*, quam in aliis Palatinatibus ac terris *Regno Poloniæ* annexis, ad mentem Legum & Conſtitutionum *Regni* magnis licet (libenti tamen animô) connotavi conatibus, ut quisquis deinceps abſq; juris ſtrepitu dubie ſe circa Bona ſua ſiſtat. Extant quidem plures, jam hac de re tra-

ctan-

ctantes Libri, ſed quod alibi ſparſim, hic totum, in compendium quaſi collectum invenies. Quam obrem ſuſcipe gratô animô hoc exiguum Opus meum, & ſuſceptum à malevola Zoili tutare criſi. Licet enim quæcunq; ex diverſa lectione ac experientia propria congeſſi, proprio meo ſumptu publicæ exponere utilitati, licet cum Cicerone de ſe loquente: *Omnia, quæ ſcio, in alium transfundere, & non aliquid diſcere, ut doceam.* Si verò aliquos præſertim Typi errores adverteris, emendare benignè non renuas. Vale igitur Soſpes, & Authori hujus Operis favens, utere, quam fauſtiſſimè.



Opus



OPus hoc, cui titulus: *Regula Processûs Granicialis Campestris Regni Poloniæ &c.* cum additamento Legum & Constitutionum Regni à Generoso Domino MARTINO PACIORKOWSKI, Subdelegato Officii Castrensis Opocznensis Jurato, multo labore collectum ac conscriptum vidi, & accuratius legi, in quo omnia ad cõmunem in Regno hoc circa causas dislimitationum sæpiùs emergentes utilitatem, singulari in publicum bonum, Authoris laudatissimâ operâ compilata & disposita agnovi, Orthodoxæ verò fidei Romanæ nihil contrarium adinveni. Proinde facultatem do, ut tam proficuum Opus typis mandetur, lucemq; publicam aspiciat. Dat: Cracoviæ 15ta Maii A. D. 1749.

MATHIAS ZIĘTKIEWICZ, S. Th. Dr. ac Professor Canonicus Cathedralis Cracovien: Librorum per Diæcesim Cracovien: Censor.

*mpp.*



AUGUSTUS Tertius DEI GRATIA REX Poloniæ, Magnus DUX Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Vołhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius DUX Saxoniæ & Princeps Elector.



Ignificamus præsentibûs Literîs Nostrîs, quorum interest, Universis & singulis. Cum Generosus MARTINUS PACIORKOWSKI Subdelegatus Officii Castrensis Opocznensis Juratus, Librum sub Titulo: *Regula Processûs Granicialis Campestris Regni Poloniæ* cum Additamento Legum & Constitutionum Regni multo labore collectum, & ad communem in Regno nostro circa Causas Dislimitationum sæpius emergentes utilitatem compositum, per Venerabilem MATHIAM ZIĘTKIEWICZ Sacræ Theologiæ Doctorem Canonicum Cathedralem Cracoviensem & per Diæcesim Cracoviens. Librorum Censorem legitimè approbatum, luci publicæ tradere desiderans: Nobis humillime supplicaverit: quatenus præfati Libri, sine consensu ejusdem Authoris Impressionem seu Reimpressionem inhibere dignaremur: Nos præfatæ supplicationi benignè annuentes, Omnibus & Singulis in Regno & Dominiis Nostris ubiq; locorum existentibus Ty-

po-

phographis, Mandamus; inhibentes, ne hocce præfatum Opus absq; consensu ejusdem Generosi MARTINI PACIORKOWSKI ad decursum Decem Annorum, sub quocunq; prætextu imprimere vel reimprimere audeant, idq; sub pæna in Convulsores Privilegiorum Nostrorum sancita. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Dresdæ Die III. Mensis Octob: Annô Domini MDCCXLIX. Regni verò Nri XVI. Annô.

AUGUSTUS REX.




Privilegium Inhibitorium, ne audeat quispiam Librum sub Titulo: Regula Processûs Granicialis Campestris Regni Poloniæ cum Additamento Legum & Constitutionum Regni, per Generosum MARTINUM PACIORKOWSKI Subdelegatū Castrensem Opocznensē Juratum, compositum, sine ejus consensu imprimere vel reimprimere.

JOANNES KŁOSSOWKI Canonicus Cathedralis Premisliensis, Sacræ Regiæ Majestatis Sigilli Regni Secretarius mpp.

Pro Cancellariatu

Illustrissimi, Excellentissimi & Reverendissimi Domini MICHAELIS, COMITIS de Granow WODZICKI Decani Cathedralis Cracoviensis, Abbatis Vąchocensis & Cervens. Procancellarii Regni Sigillatum.

## *De Proceſſu Juris in Cauſa Granicierum.*

IN Cauſis Limitum ex veteri Legum Publicarum inſtituto, Quadruplex eſt Juris Proceſſus; Primus: originalis Terreſtris, ſeu Juris, & Judicii Terreſtris; ſecundus: Finalis, Executorius, Succamerarialis; Tertius: Arbitralis, Compromiſſorialis. Quartus: via amicabili per Complanationem determinatus. Terreſtris eſt Origo & præparamentum futuri Campeſtris, qui ſæpiſſimè oritur ex Cauſa facti, quæ eſt Mater Cauſæ Granicialis, dupliciq; modo, aut in contumaciam, aut per Controverſiam proſequitur.

In Contumaciam: cum Citatus poſt obtentam ſuper ſe in Termino Primo pœnam contumaciæ, (Actiones quippe iſtius modi: non ſunt primi peremptorii Termini) in ſecundo ſecundæ citationis Termino non comparens, condemnatur ab Actore coram Judicio Terreſtri in Lucro Actoratus ductus, fitq; illico à Judicio Terreſtri, ad Officium Succamerarii Campeſtre, illius Palatinatus, vel Terræ, ubi Bona conſiſtunt, cum parato Actoratu lucrato, ad erigendos ſcopulos Cauſæ Remiſſio.

*Poſt obtentum lucrum, Actoratus, Remiſſa ad Campum.*

 In

In Termino verò Condeſcenſionis per Magnificū Succamerarium per Innoteſcentiales ſuas Partibus aſſignato, & recognita per Miniſterialem in proprio Diſtrictu, earundem Relatione, post obtentum Lucrum in Judicio Terreſtri vel Tribunalitio Regni Pars Jure victa ad controvertendum in Campo coram Judicio Succamerariali non admittatur, adhærendo ſtatuto Regni, quinimo non obſtantibus quibuſvis Documentis literatoriis, vel ſignis evidentioribus, ſi quæ Pars Jure victa pro tunc oſtenderit. Actori Ductum Magnificus Succamerarius adjudicabit, & eum ſequi debebit, ſipatiſq; ſcopulis, tam angularibus quam Parietalibus in ultimo ſcopulo Parti Jure vincenti, Juramentum præſtare cum ſex Teſtibus Nobilibus, demandabit. Roburq; firmitatis perpetuæ habere declarabit.

Hic notandum. Quamvis cauſa Granicierum, poſt Lucrum Actoratus in Terreſtri Judicio obtentum, ſuper Citationes ſeu Innoteſcentiales Magnifici Succamerarii pro Termino Condeſcenſio nis Officii ſui ad Campum, locumq; controverſum, Ad Inſtantiam Partis Actoreæ Jure vincentis editas, Terminum præſefert ſatisfactorium; in fundamento legis poſiti-

væ & ſtatuto Regni; Ne Jurevictus ad controvertendum in Campo admittatur, nec ei locus ad juſtificationem Negotii Cauſæ Granicialis detur, attamen juxta conſtitutionem poſteriorem Anni 1588. Titulo: *O Relaxacyi y zniesieniu Bannicyi* in hoc libro contentæ poteſt uti Banitus Beneficio legis per Terminum ad caſſandum Parti jure vincenti editum, Siſtendo Executionem Decreti Terreſtris in Ordine ſipationis ſcopulorum, & probare male obtentum, aut ſuper ignorantiam Proceſſus evadere, in tali igitur Caſu Succamerarius ab Executione & ſipatione ſcopulorum ſuperſedebit, & cauſam pro cognitione & Reſolutione obtenti & perducti Proceſſus ad Tribunal Regni ejuſdem Provinciæ, ubi Bona conſiſtunt, remittet. Vel ad hocce Judicium, ubi perductus & obtentus proceſſus.

*Obſtātu Termino ad Caſſan: reſpectu male obtenti proceſſus, vel ignorātia ejus, Remiſſa debet ſubſequi ad Tribunal.*

## *Proceſſus Originalis Terreſtris.*

IN primis Actor cum velit, diſlimitare Hæreditatē ſuam, cum Hæreditate vicina, & ſopire Differentias, reſpectu Granicierum exortas, incumbit in forma juris infra deſcripta citare, Citatione literali, ad Judicium Terreſtre, tam Principalem, à cujus nimirum

Parte & hæreditate petitur ab Actore Bonorum ſuorum Diſtinctio, & Dislimitatio quam etiam Collaterales, unum principii Ductus tanquam Terminum à Quo, alterum verò Determinationis Ductus, tanquam Terminum ad Quem, ſeu ad cujus Parietem collimantur Granicies.

*Citatio prima Terreſtris contra Principalem.*

AUguſtus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ &c. Tibi Generoſo N. Bonorum villæ N. Hæredi (ſi plures ſint cohæredes citentur inſimul) De perſona Boniſq; Tuis generaliter omnibus mandamus, ut coram Judicio Noſtro Terreſtri in Terminis Terreſtribus, N. N. proxime & immediate in cadentia eorum hinc celebrandis, perſonaliter peremptorieq; compareas. Ad Inſtantiam Inſtigatoris Judicii ejuſdem Noſtri, ejuſq; Delatoris Generoſi N. Bonorum villæ N. Hæredis Actoris. Qui Te inhærendo Proteſtationi ſuæ, coram Actis Authenticis Regni contra Te factæ, citat pro Dislimitatione Bonorum præfatorum ſui Actoris Hæreditariorum, ad videndum & audiendum Actoratum ſibi Actori ſententia Judicii Noſtri adjudicari, Te verò ad reſtitutionem Proventuum ex Fundis & agris ſibi indebite appro-

pria

priatis prævio reddendo calculo, tum ad refusionem damnorum exinde causatorum, Te stringi & compelli, ratione perpetratarum violentiarum pœnas decerni, pro quibus super Te decernendis & extendendis Citaris. Sis Termino pariturus & ad præmissa, hæc & alia, futuro Tibi in Termino exponenda, Judicialiter responsurus. Datum &c.&c. (Si minorennes sunt Cohæredes, scribatur in Plurali cum assistentia Tutorum de Jure incumbentium.

## *Citatio prima contra utrosque Collaterales uniformis.*

*SCribatur ex Superiori Titulus Regius, usq; ad hunc locum:* peremptorieq; compareas. Ad Instantiã N. Actoris Qui vos citat seu potius adcitat idq; pro eo: Quatenus vos angularitatem seu acialitatem vestram justam & realem, Parieti Actoris attingentem, qui Bona sua & hæreditatem vult cum Bonis N. distinguere & dislimitare, demonstretis, & eandem Dislimitationem attentetis. Sitis igitur Termino parituri, & ad præmissa Judicialiter responsuri. *Datum &c. &c.*

Super has Citationes primas tam contra Principalem, quàm Collaterales editas, obtinenda est in Ju-

dicio Terrestri pœna Contumaciæ. Vel consentientibus Partibus, potest fieri etiam in Primo Termino (volenti namq; non fit Injuria) Remissa ad Campum ad Magnificum Succamerárium pro faciendis Limitibus.

## *Secunda Terrestris contra Principalem & Collaterales Citatio.*

S*Cribatur ex Superiori hoc adiecto:* Qui Te citat secundó post obtentam Contumaciæ pœnam, sive *Adcitat &c. &c.*

Super Citationem hanc secundam Termini peremptorii, si Citatus per se vel suum Plenipotentem inscriptum (inscripta porro ad Causam hanc tanquam quæstionis Hæreditariæ requiritur de Jure Plenipotentia) in Judicio Terrestri non comparuerit, condemnatur ab Actore in eodem Judicio in Lucro Actoratus, per quam Condemnationem lucratur Actor Actoratum & cum parato Actoratu remittitur ad Jus Campestre, ad continuandum ulteriorem Processum secundùm observantiam Juris Campestris Limitum.

Lu-

## *Lucrum Actoratûs.*

ET in vim Lucri Judicium præsens Terrestre in contumaciam citati Juri communi & contentis Citationis inhærendo, Actoratum Granicierum, seu Ductum Parti Actoreæ adjudicat: Causamq; præsentem pro faciendis Granicicbus seu Limitibus & ad ulterius in ea Jure procedendum, ad Officium Succamerariale remittit.

Et non tantum ipse Principalis, verum etiam Collaterales per se vel suum inscriptum Plenipotentem non comparentes in simili Actoratus Lucro condemnantur.

Comparentibus autem Partibus Actorea & Principaliter Citata, necnon Collateralibus per se personaliter, seu per suos Plenipotentiarios in secundo eo Termino coram Judicio Terrestri, Datur & conceditur Citatis (si Judicialiter eam affectent, uti in causa Quæstionis Hæreditariæ) Dilatio ad munimenta Causæ necessaria ad proximos Terminos: in Arbitrio quoq; est Partis Citatæ, si hac Dilatione uti nolit, consentire Actori super Decretum Remissionis ad Officium Magnifici Succamerarii ad experiendum in Campo de loco controverso Cujus Remissionis forma est talis:

De-

*Decretum Remissionis ad Campum.*

JUdicium præsens Terrestre N. decidendo Citationem Partis Actoreæ ad Judicium suum editam, Controversiis Partium exauditis, Siquidem Pars Actorea non tantum Respectu perpetratarum violentiarum, verùm etiam & pro Dislimitatione Bonorum N. præsenti in Termino agit, proinde insistendo Constitutioni Anni 1611. Suspensa Resolutione Causæ facti, Causam præsentem respectu Granicierum pro finali Disjudicatione, unà cum Collateralibus in Comparitionem intrantibus, remittit ad Campum ad Magnificum Succamerarium Districtus N. vel ejus Officium, præviis Innotescentialibus per Magnificum Succamerarium tam Parti Citatæ, quam Collateralibus edendis, coram quo quidem Magnifico Succamerario vel ejus Officio, Partes parere, & Causam prosequi tenebuntur, sub Pœna Banitionis illo in Termino publicanda Decreti præsentis vigore.

*Forma Innotescentiarum ad Campum ex Decreto Terrestri.*

N N. Succamerarius Palatinatus N. Tibi Generoso N. Bonorum Villæ N. Hæredi, de Persona

Bo-

Beniſq; Tuis (ſi ſunt plures Cohæredes citati, ſcribatur in plurali, Vobis) generaliter omnibus vigore Regio & Noſtra, qua hac in parte fungimur Succamerariali authoritate, mandamus, ut coram Nobis, ſeu Officio Noſtro Succamerariali, Campeſtri Graniciali, in loco Differentiarum, inter Bona Villæ N. Actoris infraſcripti Hæreditaria ab una, & Tua etiam Villæ N. itidem Hæreditaria, parte ab altera, ubi videlicet Nos, ſeu Officium Noſtrum, idem Actor locabit, pro Feria ſecunda poſt Feſtū N. proxima proximeq; ventura, perſonaliter, peremptorieq; Compareas. Ad Inſtantiam Generoſi N. Bonorum præfatorum N. Hæredis Actoris. Qui Te inhærendo Decreto Judicii Terreſtris N. Feria N. Anno N. inter ſe Actorem ab una, & Te parte ab altera prolato. citat ſeu potius adcitat pro dislimitatione Bonorum, & ſipatione ſcopulorum, ubi non ſunt, ac pro renovatione Antiquorum, ubi reperiuntur, ad experiendum ea in cauſa, proinde citaris ad videndum & audiendum Actoratum Ductus uti probabiliorem Sententia Judicii noſtri ibi Actori adjudicari, & ad præſtandum Juramentum, ad mentem Statuti in ultimo ſcopulo admitti. Sis igitur Termino paritu-

turus & ad præmissa Judicialiter responsurus. *Datum &c.*

Harum Literarum Innotescentialium recognoscat Ministerialis Relationem in proprio Foro, ubi Bona consistunt.

## *Forma Innotescentiarum Collateralibus.*

Titulus idem Magnifici Succamerarii, Nomen Cognomen Citati, & Actoris, Terminus, Locus, scribatur ex superiori ad hunc locum: Qui Te inhærendo Decreto Judicii Terrestris N. Feria N. Anno præsenti, inter se Actorem ab una, & Generosum N. Bonorum N. Hæredem ab altera prolato, Quo mediante Remissa stetit ad Campum, ad Magnificum Succamerarium pro facienda Dislimitatione Bonorum supra scriptorum Adcitat, idq; pro eo: Quatenus Tu, Angularitatem Tuam, seu Acialitatem, Parieti præfatorum Bonorum attingentem, in concurrentia trinarum Hæreditatum existentem, demonstre & sibi actori agnosca. Ac eundem Terminum attentes. Pro quibus Citaris seu Adcitaris. Sis igitur Termino pariturus, & ad præmissa Judicialiter responsurus. *Datum.*

*Per Controversias verò quando Partes inter*

*se*

*ſe litigantes in Judicio Succamerariali Campeſtri Cauſam promovent, Regula hæc omninò obſervanda, providendo ſecuritati Decreti.*

*In Acceſſoriis.*

Licet quidem coincidit Terminus Satisfactorius, ineundæ Condeſcenſionis Magnifici Succamerarii, ad Dislimitanda Bona, ex mente Decreti, tam Terreſtris, ſive Tribunalitii, attamen quælibet Pars Litigans, poteſt uti exceptionibus juſtis, inſiſtendo Legi, invalidando Terminum eundem Condeſcenſionis, ſecuritatis Gratia Judicati.

Comparitio debet eſſe ſufficientèr inſcripta, tam à Partibus principalitèr agentibus, quam Collateralibus, ſi quæ Pars ſe ſiſtit per Plenipotentem, debet producere ſufficiens Procuratorium.

Si ſunt plures Cohæredes Bonorum, & unus tantùm Sortis ſuæ Hæres movet Quæſtionem reſpectu Granicierum, & alii non intrant in Terminos editos, vel in Decretum Terreſtre aut Tribunalitium, ſine quorum Comparitione, Cauſa Granicierum decidi nequit, debet ſubſequi Remiſſa, rurſùs ad idem Judicium, unde emanavit, pro injungenda Adcitatione aliorum Cohæredum.

Ca Si

3tia. Si non intercessit Adcitatio, Collateralium omnium, ad mentem Decreti, pro Termino Condescensionis, tunc remitti debet Causa pro decernendis pœnis Contraventionis, ad hocce Judicium. Si vero Collaterales sine Adcitatione comparent, & Judicio Succamerariali se se subjiciunt, tunc Succamerarius, Decretis Pœnis Contraventionis, super Parte contraveniente, cui injuncta, & demandata erat Adcitatio, procedat ad Dislimitationem.

4ta. Si in primo Termino Condescensionis, Collateralis Adcitatus, disparet, tunc super ipso debet subsequi Publicatio, Pœnæ Banitionis, per Decretum interpositæ, & cum Citato Suspensa ad Convictionem Disparentis, obtenta Publicatione, per viam Executionis, subsequatur Remissa ab Officio Executoriali Castrensi ad hocce Judicium, unde Causa devenit.

5ta. Si Collateralitas intercedit Bonorum Regalium in Angularitate, vel Acialitate, iisdem Hæreditatibus, quæ se dislimitare volunt, talis Dislimitatio non potest subsequi, sine impetranda Commissione à Sacra Regia Majestate, etiamsi sit visibilis Scopulus Angularis, vel Acialis Bonorum Regalium, & si est injunctum Decretô, impetrare Commissionem à Sacra

cra

cra Regia Majeſtate, & Actor eandem non procũraverit, vel Commiſſarios in Completo numero, ad Mentem Legis non conduxerit, ex tunc Suſpensâ Deciſione Cauſæ Granicierum, debet ſubſequi Remiſſa ad hocce Judicium, unde devenit, pro Decernendis pænis Contraventionis, eidem Decreto.

Ad extremùm ſi Miniſterialis deeſt ad Proclamationem Actus, & fundandam Juriſdictionem, Officii Condeſcenſorialis, ſine cujus præſentia. & fundata Juriſdictione, Judex cenſetur pro Privata Perſona, tunc tali caſu evaneſcit Terminus Condeſcenſionis.

## *Quæ Dilationes dantur in Cauſa Granicierũ.*

*1ma* Infirmitatis, *2da* Majoris ad Octo Septimanas, ſemel tantum, *3tia* Suſpenſa ex quo Senator ſtante Comitiorum Regni, vel Nuntius Stante functione, & Judex Deputatus ad Tribunal Regni; *4ta* Dilatio Exemptus militibus in caſtris commorantibus, *5ta* Conceſſa Deliberatio ſemel Judicio Succamerariali.

*Quinq; Dilationes dantur in Cãpo Heredibus Bonorũ Terreſtrium Jamvero Poſſeſſoribus Bonorum Regaliũ nulla*

Reſolutis itaq; Acceſſoriis poſt Inſcriptam Comparitionem, accedat Judicium Mediante Sententia ſui, & partibus promulgata, ad Reviſionem Ductûs, primo Partis Actoreæ, ac poſt Partis Citatæ, quam

datur Dilatio accuratè & diligenter consideret, Locos & Positiones, Scopulos si sunt verisimiles, ac signa Granicialia, a Termino à Quo, per Quem & ad Quem, per Partes demonstrata, & Documentis in Ductu repositis, probata, à Qua Plaga Solis incipit, ad Quam Dirigit, an Rectilinio, vel ne, aut obliquè, fideliter, seposita Partialitate, una cum Protestationibus & Reprotestationibus per Partes declaratis connotet, & in Decretum inserat, quam etiam & Documenta per Partes in Judicio reposita, de Actu & Feria, inscribat.

Angularitas, & Acialitas, primo constituatur. Post Revisionem verò Ductuum, ante omnia de Angularitate, si est invisibilis, & nullis Documentis firmata, Inquisitiones expediet, & Testes, non tantū Partes principaliter agentes, verùm etiam & Collateralis, quisq; pro sua Parte inducet, quibus expeditis, ad alteram Acialitatem se se Judicium conferet, & similia peraget, ac post ad Lectionem Inquisitionum condescendet, & finaliter decidet: Decisa Angularitate & Acialitate ac promulgata Sententia Partibus, Sipatis Scopulis Angularibus & Acialibus, Parietem uti à Quo, per Quem, & ad Terminum ad Quem, quanto rectius (Quoniam in Rectilinio tota

vis

vis Granicierum consistit) formabit, & Scopulis obsignabit, cum Descriptione Locorum, Arborum, & omnium Signorum, quid in Ductu reperitur. Jam verò, ubi Limes Naturalis distinguit hæreditates, vel Via Granicialis, tunc non observatur rectilinium.

Si vero sunt Loca lutosa, inaccessibilia, & transitus eorum impossibilis, vel Sylvæ densæ, magnæ latitudinis, & longitudinis, tunc inter tales Hæreditates Geometra Juratus, Artificialiter Rectilinium, à Quo ad Quem formare, in præsentia Magnifici Succamerarii debebit. *Ad loca Lutosa & inaccessibilia Geometra necessarius.*

Quando etiam Paries Granicialis attingit Hæreditatum binarum ad Fluvium & Ripam, & ex altera parte extat tertia Hæreditas, tunc advertere debebit Judicium Succamerariale, ejusdem tertiæ Hæreditatis Angulares Scopulos, in quo Loco extant, & versus eos, seu ex opposito formabit Angularitatem, & sipabit Duos Scopulos in hac parte Fluvii ubi Bona exstant, non transcendendo Fluvium, in altera verò Ripa tertium, iisdem Bonis Collateraliter attingentibus in qua exstant, non vero in una Ripa trinis Hæreditatibus, Quia exinde usurpasset sibi Hæres utramque Ripam Fluvii, si ei Scopulus situatus esset tran- *Angularitas circa Fluvium.* *Antiquus Meatus Fluvii*

*realis considerantur & pro Limite assignatur.* transcendendo Fluvium; Cætera de Fluminibus & Aversione Fluviorum ac antiquo Meatu, quemnam spectare debet, Leges Regni Te informabunt in hoc Libro contentæ; Titulo Succamerarius. Jam vero si per Naturalem meatum Fluvius, ab una Ripa, in alteram se devertit, uni Damnum, Aleri Lucrum, ex eo, quod vocatur Odsypisko, facit, Quilibet Hæres propriæ Rippæ, sua Sorte contentari debet. *Odsypisko*

Sæpe contigit, quod Hæres unius Hæreditatis, movens Quæstionem Granicierum vicino suo, inito Condictamine cum Collaterali, agnoscendo sibi ab invicem in uno loco Angularitatem, cum præjudicio Tertiæ Hæreditatis, & maximè hoc contingit, quando non sunt visibiles Scopuli, & deficiunt Partes in Probationibus, vel interpretationi & explicationi subest Situatio Loci, ubi debeat esse constituta Angularitas: Ex tunc Judicium Succamerariale, debet solidê advertere Injuriam tertiæ hæreditatis, & revidere Parietem Collateralis Scopulis obsignatum, non Officiosè, verum tantum propter sui Informationem, utrum, vel ne, concurrit recta linea ad hunc Locum, ubi agnoscit Angularitatem Vicinæ Hæreditati, & objicietur illi Condictamen, tunc debet evadere Collatera- *De Condictamine Partium.*

lis

lis Juramento, Quia nullo Condictamine cum Parte processit, Si verò Collateralis probabit extendentiam Parietis, rectilinio vel scopulis suis ad locum, quē Parti agnoscit, tunc indebitè objectum Condictamen, & jam Evasio Juratoria minus necessaria.

*De Limitibus Bonorum ab Ævo indislimitatorum.*

INtervenit etiam Quæstio Granicierum inter Bona ab Ævo indislimitata, quod antè fuerant unius Dominii & Hæreditatis, in tali passu Succamerarius consideret Terminum à Quo, (si potest esse) ab Angularitate, & formare Parietem rectilinio ad Terminū ad Quem, si desit, tunc attingere licitum erit Succamerario, Novo Pariete, & Scopulîs noviter erectîs, ad vicinum Parietem, non transcendendo in minimo eundem, & formare triangulum, sed hoc debet fieri in præsentia Hæredis ejusdem Parietis, quem attingit, prævia Adcitatione ejusdem, & tales Granicies terminantur sine Juramento. Si vero una Pars lucrabitur totaliter Ductum, tunc temporis evincat Juramento Rem lucratam Pars, ad mentem Statuti cum Sex Testibus Genere sibi similibus.

*Quò ad Bona Spiritualia Illustrissimorum Episcoporum, vel Capitulorum, cum Bonis Regalibus & Terrestribus.*

PRæviîs omnibûs Solennitatibûs ad Causam Granicierum spectantibus, Si lucrabitur Ductum Capitulum, tunc Bini Canonici ad hanc Causam cum Consensu Illustrissimi Episcopi ex Capitulo Deputati, tenentur comprobare, cum Sex Testibus Nobilibus, in Ultimo Scopulo Aciali. Si vero Illustrissimus Episcopus Bona sua Episcopalia tam ex Actoratu suo, quam ex Reatu velit Dislimitare cum aliquo Vicino Nobili, vel Bonorum Regalium Tenutario, si lucrabitur Ductum, tunc non Episcopus, sed Bini ex Capitulo Canonici Deputati, tenentur comprobare Lucratum Ductum cum Sex Testibus Nobilibus.

Hoc observandum, quod Illustrissimus Episcopus non potest solusmet movere Quæstionem respectu Granicierum, nonnisi insimul cum suo Capitulo,& similiter ex Reatu Respondere.

Si vero Tenutarius Bonorum Regalium, una cum Communitate (sine cujus Comparitione Causa decidi nequit) lucrabitur Ductum, tunc non Tenutari-

us,

us, ſed ex Communitate Sex Subditi ad mentem Legis comprobare tenebuntur in ultimo Scopulo.

*Quo ad Bona Celſiſſimi Archi-Epiſcopi Gneſnenſis, Primiq; Principis, Primatis Regni.*

ACtoratum licebit promovere, per ſuos Comiſſarios, prout in omni Judicio, & Officio Regni ſolet promovere, cum adminiculo tamen Illuſtriſſimi Capituli, & Binorum Canonicorum ad Cauſam Granicialem deſtinatorum.

*Quo ad Bona Conventualia.*

SI lucrabitur Ductum Conventus, tunc Prior ejusdem Conventûs debebit comprobare cum Sex Teſtibus Nobilibus, non vero Religioſis.

Simili methodo Bonorum Abbatialium ſubſequatur Dislimitatio, & Comprobatio Ductûs, ſi Abbas cum Conventu ſuo lucrabitur Ductum.

*Bona in Confiniis Regni exiſtentia.*

SI Nobilis Hæres Bonorum Terreſtrium extat in Vicinitate cum Bonis Regalibus, & patitur injuriam à Tenutario eorundem Bonorum, quorum Bo-

ñorum, tàm Terreſtrium, quàm Regalium, Paries āttingit Granicies alienæ Provinciæ, & velit Bona ſua dislimitare à Bonis Regalibus & Provincia aliena, tunc Nobilis, tenebitur primò Commiſſarios, ad dislimitanda eadem Bona, in Comitiis Generalibus Regni, procurare, ut per Conſtitutionem ſint aſſignati Commiſſarii, ac poſt ab Aula Regia ejuſdem Provinciæ, debet Reſpublica Regni efficere Commiſſarios ad attentandum earundem Granicierum terminum.

*Porro quid eſt Angularitas & Acialitas?*

*In Concurrentia 3narum vel 4narũ Hæreditatũ, nominatur Scopulus iſtius Hæreditatis, quæ incipit Pa-*

ANgularitas eſt ejuſdem Hæreditatis, quæ ſumit ſibi initium Parietis Granitialis, ab Angulo Collaterali. Acialitas vero, & Acialis Scopulus vocatur ejuſdem Hæreditatis exinde, quia determinat Parietem ſuum, in Concurrentia Trinarum vel Quadrinarum Hæreditatum, circa Angulares alienæ Hæreditatis, & ſic in utraq; Angularitate, eſt unius Angularitas, qui incipit Parietem, & alterius Acialitas qui determinat ſuam Hæreditatem, & ultra progredi non poteſt. *Per Quem:* intelligitur. Si in Ductu ſuo Pars ducens, demonſtrat Judicio Limitem Naturalem, vel

vel Scopulos ad minimum Quinq; vel Tres, vel Signa antiqua Granicialia in Pariete, vel etiam Viam Granicialem ab antiquo pro Granicie aſſignatam. Hoc etiam obſervari debet, quod Ductus dirigitur, non ab ipſo Scopulo Angulari, ſed é medio Scopulorum, & in medio Acialitatis terminatur.

*rietem, Angularis, jam vero in determinio Parietis Acialis.*

Funis Succamerarialis debet eſſe ad dimenſionem Circuli, ad ſipationem Scopulorum Angularium, & Acialium, alias Węgielnikow, longitudinis Quinq, Cubitorum uſualium, Ad Scopulos vero Parietales longitudinis Semitrium: Quo à Medio Loci pro Scopulo aſſignati, eodem fune Circulum Succamerarius faciet. Deſcriptio neceſſaria, quantum diſtat Scopulus à Scopulo, & ad quam Plagam Solis protenditur Paries.

*Longitudo Funis Succamerarialis, ad dimenſionem Scopulorum.*

## *De ſitu Locorum Obſervatio ultima.*

QUandoquidem Cauſæ & Actus Graniciales ſunt Generis Demonſtrativi, nec niſi ex re oculis ſubjecta cognoſcuntur & deciduntur: Neceſſario itaq; Circumſtantiæ, Situs, & Poſitiones Locorum diligenter animadvertendæ, & in Acta ſpecificè & expreſsè inferendæ, ut in poſterum Circumſcriptio & De-

*Deſcriptio Ductùs, & ſpaciorũ Scopulorũ ſit*

*accu-rata.* Delineatio Literis contenta, Signis ſignatis quadret, tantoq́; faciliùs per vetuſtatem obſoleſcentibus Annorum Quinquaginta, in quorum præcipuè decurſu, ſolet fieri Limitum renovatio, Granicierum inveſtigatio. Poſſunt etiam Hæredes, breviori tempore, poſt Decurſum cujuslibet Decennii, eaſdem Granicies de mutuo ſui conſenſu, in Præſentia Officii Succamerarialis reſtaurare, & ad inſtar prioris Actûs, Scopulos diſruptos, vel conculcatos & in nihilum converſos renovare; Et quilibet Hæres Bonorum, ſi hoc obſervaverit, pacem tranquillam ſibi, & Succeſſoribus ſuis ſervabit, Ac imprimis quia diverſimode Ductus Graniciales terminantur, à finibus nempè & Termino à Quo, ad fines & Terminum ad Quem, obſervetur in Generali; Oriens, Occidens, Meridies, Septemtrio, ſeu Orientalis, Occidentalis, Meridionalis, Septemtrionalis, (quæ etiam dicitur Borealis & Aquilonaris) Plaga: itur ſiquidem, ſeu ducitur ab Oriente, Æſtivali, ſive Hyemali, verſus Occidentem, à Meridie, verſus Septemtrionem, & è contra, prout Actori imprimis Ducenti, viſum & placitum fuerit: Vel etiam, inter Plagas Solis, Meridionalem, & Occidentalem, Orientalem, & Septem-

*Quæ obſervanda per omnia in Cauſa Granicierum.*

trio-

trionalem, vel é contrà, undè igitur incipit exordium, & quò fit greſſus, ſignanter notandum. Tandem fiat ipſorum Locorum oculis expoſitorum Delineatio, Cultorum, videlicet & Incultorum, Sterilium, Arenoſorum, Paluſtrium, Cænoſorum, Lutulentorū, Sylveſtrium, utpote Sylvarum, Nemorum, Mericarum, Virgultorum, Rubetorum, Fruticetorum, Quercetorum, Dumetorum, Spinetorum, Eremorum, & Arborum diverſi generis, in quibus poſſunt incidi Signa Granicialia, ad inſtar Crucis, penes ipſos Scopulos adjacentes; (licet hoc vetuſtate temporis labitur, & manu hominis per exciſionem Arboris, ultro, vel ignoranter deſtruitur: Item Montium, Promontoriorum, Vallium, Convallium, Clivorum, Collium, Tumulorum, Fovearum. Deinde ſpectandi & Actis accurate connotandi, ſi in tractu Limitaneo occurrant, ſeu interveniunt, Rivi, Rivuli, Amnes, Fluvii, Flumina, Fluenta; Fontes, Torrentes, Lacus, Lacunæ, Ciſternæ, Paludes, Scatebræ, Alvei, Alveoli, Vadum, Cænum, Lutum, Ripa, Littus, Margo, Summitas Stagni. Præterea Viæ Accidentes, Regiæ, Stratæ; Publicæ, tam recti Tramitis, & Lineæ, quam Tranſverſales, Tendentes, Ducentes, ſeu quæ vadūt, Du-

*In Ductu & Sipatione Scopulorum ſit accurata deſcriptio ut Poſteritas cit us poſſit inveſtigare Limites.*

ducunt, tendunt, de Villa ad Villam, Oppido ad Oppidum, & è contra, Bivium, Trivium, Divortium Viarum, inter ſemita. Lapis Terminalis, Petra, Saxum, Scopus, Scopulus, Rupes, Apex, Vertex, Culmen, Faſtigium, Cacumen, Radices Montium. Ad extremum, Annexio Terrarum, Palatinatuum, Territoriorum, Civitatum, Oppidorum, Villarum, Molendinorum, Ferricudinarum, Officinarum Ferri, Vitri, Papyri, & aliarum quarumvis in Genere, & Specie, Hæreditatum, hi itaq; & id genus alii Situs & Poſitiones Locorum, Circumſtantiæ, Adjacentiæ, & Cohærentiæ, advertendæ, & ad amuſſim in Actu Graniciali ſpecificandæ, & exprimendæ. Metarum porro & Signorum Metalium duplex eſt Erectio, aut Scopulis Angularibus ab utraq; parte Parietis, Trinis, vel etiam juxta Concurrentiam Hæreditatum, & Parietum Quadrinis, qui etiam dicuntur Aciales, & Angulares, in Triangulo ſeu Quadri-Angulo, adinſtar Tumuli in forma rotunda, de Terra, erectis & Sipatis, & Scopulis Parietalibus compluribus, inter utriuſq; Partis Bona, eadem methodo de Terra erectis & Conſipatis, aut Valle in Campis obſignatis:
Rectilinium Quorum quidem Scopulorum recta linea, Ordine ac

justo

justô intervallô, à se distantium, Quantitas, seu Numerus, Quot passibus, unus ab altero distat: in Actu Graniciali cum Signis Metalibus, in Scopulis impositis, cum Suprascripta Locorum Definitione describatur, *observetur.*

Subinde notandum; Cum in Limitibus perficiendis, pro Naturali Limite, & Termino, Flumina, Fluvii, Amnes, Torrentes eorumq; Alvei meatus, & Cubilia, sint in maxima observatione, & pro perpetuo Limite Hæreditatibus assignentur. In defectu Granicierum *Limes Naturalis observari debet in defectu Granicierum.*

Si Fluvius vel Rivus naturaliter & sponte avertetur, antiquum Alveum pro Limite reputandum: Sin verò studiô & industriâ hominis, novum quidem alveum, seu Meatum limitare, antiquum verò totum ad Hæreditatem, in qua situs est, pertinere debere. *Antiquus Meatus Fluvii, dislimitat Bona & Hæreditates.*

In continenti autem Particulæ Hæreditatis aut Quantitates Terræ, Agrorum, Pratorum, Sylvarum, fundiq; à suo membro principali, Hæreditate videlicet & Possessione quovis modô avulsæ, & occupatæ; vigore Actus Generalis Granicierum instaurari, & suo principali membro, seu Capiti reincorporari, possunt, Allegatione cujusvis Præscriptionis non obstante, *Licitè avulsa vindicare, Præscriptione non obstante.*



te,

te, mediante per Actorem ſuper Ductum ſuum, Particulam eandem ambigente Juramentô.

In Actionibus & Cauſis Limitum nulla currit Præſcriptio, Actiones Limitum Præſcriptione, & Evaſione non tolluntur, Liberum quoq; Actori, dum velit & poſſit, Actionem pro Limitibus intentare, liberaq; ſemper, recta & æqua Judicis ordinarii Limitatio,

*Tria requiruntur ad evincendã Angularitatem,* In Cauſis Limitum ſeu Granicierum ad Lucrandum & Jure evincendum Actoratum Ductûs, tria apprime neceſſaria: Documenta Literatoria, è quibus veritas elicitur, Scopuli reales, & Signa manifeſta & probabilia: Agnitio utriuſq; Parietis Collateralium. Qua Agnitone reali conſtituitur Angularitas, Partibus de eadem inter ſe diſceptantibus.

*Pæna disjectorũ Scopulorũ, inter Bona Terreſtria.* Pæna disjectorum Scopulorum, inter Bona ab utrinq; Terreſtria, ab Aciali ſive Angulari quolibet, adhærendo Statuto Regni Trium Marcarum, Parietali verò quolibet, Sex Scotorum, Scotum duobus Groſſis æſtimando: cum eductione ad reſtaurandos proprio disjicientis ſumptu Campeſtris Succamerarialis Officii, (Sed moderno tempore, majores Pœnæ extenduntur ſecundùm Præjudicata Decretorũ Tribunalitiorum Regni, habita ratione majoris valoris Monetæ.)

Simi-

Similiter contra Privata Authoritate inofficiosè erigentes, cum Officiosa Demolitione & Dissipatione erectorum Scopulorum pœna. *Similis pœna cōtra Inofficiose erigētes.*

Pœna verò, contra Tenutarios Bonorum Regalium, Limites inrer Bona Regalia Terrestria dissipantes, centum Marcarum, cum Restauratione proprio sumptu dissipantis, per conducendos Commissarios: At contra subditos Regios, suâptè Limites diruentes, quinquaginta Marcarum, cum restauratione eorundem, impensis, per Tenutarium Bonorum Regalium, ad mentem Constitutionis Anni 1578. *Pœna inter Bona Regalia & Terrestria.*

Pœna contra Absentem à Commissionis Actu Commissarium, post subscriptas Innotescentiarum Literas, centum Marcarum, Salvo legali Infirmitatis Impedimento. *Pœna 100. Marcarū supra Absēte Cōmissar*

*Granicies ex Moderamine Magnifici Succamerarii, reprobatîs Ductibûs Partium præclusô juramentô terminantur.*

QUando contigerit Magnifico Succamerario, reprobare Ductum Sententiâ suâ, Parti utriq; tam Actori, quam Citato, uti nullis realibus Documentis ac Scopulis & Signis Granicialibus ac Inquisitione

probanti, nonnisi ex re oculis subjecta, situatione Loci, consideratô Rectiliniô, vel Limite Naturali ex Moderamine Judicii sui, dictante Conscientia, Ductum Partibus præclusô Juramentô, ne Perjuria fiant, assignabit, & Granicies determinabit.

*Remissa ad Tribunal in Casu Discordantiæ.* Quando etiam in Termino Condescensionis ex Decreto Tribunalitio, bini Magnifici Succamerarii, vel eorum Officiales, ratione Adjudicationis Ductûs, in Sententiis discordes fuerint, tunc antè Sipationem Scopulorum, remittent Causam rursus ad Judicium Tribunalis Regni, pro Cognitione, & Resolutione Sententiarum suarum.

## PRÆSCRIPTIO.

*Herburt Fol. 333.*

### *Possessionis Præscriptio animadvertenda est, & fines ostendendi.*

*Emptor Villæ triennio & trimestri expletô præscribit à gere.* Ex consvetudine, & Jure antiquo servabatur: quod vendens Hæreditatem, Emptorem per tres Annos, & tres Menses, ab impetitione quacunq; ad interveniendum & liberandum eundem sit adstrictus. Sed quia multotiès contingit: quod vicini illius venditæ hæreditatis, quorum Limites etiam ipsâ con-

contingunt, infra præfatos tres Annos, & tres Menses, emptorem vexare postponunt: donec Venditor & Intercessor Præscriptione emptionis evadat: quâ elapsâ; primo Emptorem pro Limitibus inquietare non formidant: licet Venditioni præsentes extiterint: Ea propter volumus & Statuimus: Quod cum aliqua hæreditas Emptori, per Venditorem ostenditur, vicini illius Hæreditatis, per Emptorem cum Ministeriali evocentur: quod illi ostensioni intersint. Qui si venire noluerint, sic per Ministerialem vocati; & infra Tres Annos & Tres menses Possessori quæstionem pro Limitibus non moverint, tunc Possessor ad Probationem suæ Emptionis cum Testibus admittatur, Præscriptioneq; tanti Temporis juvabitur.

*Præscriptio ad Triennium Grenicierum cum Novo Possessore Bonorū.*

## D E L I B E R A T I O.

*Semel Judex deliberet, & semel Partes controvertant.*

*Herburt Folio 139.*

STatuimus: ut nonnisi semel Judex Terrestris, vel Castrensis, vel Succamerarius deliberet: similiter & Capitaneus & Vice Capitaneus, semel etiam, ad Duas Septimanas, in Causa Officii Castrensis, ad alios

Terminos Castrenses deliberet: sub Poena trium Marcarum pecuniæ, parti succumbenda: pro qua Capitaneus tenebitur justitiam Parti, vel coram Nobis, vel coram Judicio Terrestri: alias, ubi Parti libuerit, pænam ipsam persequi. Post quam quidèm Deliberationem Judicis, Capitanei vel ejus Officii, jam nulla Pars poterit suam Controversiam meliorare, vel locupletare: tantùm Decretum audiet, ex illa Controversia, super quam deliberatum est. Sed quia Statutô novô cautum extat: Quia ante probationem Sententiæ, hoc est, ante Decretum, potest Pars suam Controversiam, vel Causam meliorare: hoc ita debet intelligi: quia hæc ipsa melioratio Controversiæ debet fieri semèl, in Termino peremptorio: hoc est tùm, quando jam Judex recipit sibi ad deliberandum, seu ad interrogandum. Nam si Pars deberet Causam suam aliquoties meliorare: Judex vero itidem super eâdèm aliquoties deliberare: tunc magna Justitiæ Comperendinatio fieret, & admitteretur.

*Decretum Deliberationis Judicii, seu Officii Succamerarialis.*

Actum

ACtum in loco Campestri Differentiarum, inter Hæreditates Villarum N. Generosi N, N. Actoris ab una, & Generosi N. N. Principaliter Citati, parte ab altera, circa tres Scopulos Angulares notabiles, (seu non admodum notabiles) unum Villæ N. prædicti Actoris, alterum Villæ N. præfati Principaliter Citati, Tertium Villæ N. Generosi N. N. Collateraliter Adcitati Hæreditariarum, penes viam stratam publicam, de Civitate N. ad Oppidum N. tendentem, extantes, Feria secunda post Dominicam N. proxima, Anno Domini NN.

Coram Magnifico NN. Succamerario Generali Palatinatûs NN. præsentibûs Generosîs & Nobilibûs NN. & aliîs Diversi statûs & Conditionis hominibûs ad hunc Actum congregatîs, nec non Ministeriali Regni Generalî Provido NN. de Villa N. Authenticô & Juratô, fundata & proclamata Jurisdictione, ex Mente Decreti Judicii Terrestris N. Feriâ N. Anno N. inter Partes Principaliter agentes prolati, per eundem Ministerialem Partes ad sui Comparitionem acclamare fecit. Quo in Loco: protestante Parte originaliter Citata, videlicet Generoso NN. Villæ N. Hærede, de indebita Judicii sui in hocce Loco fundatæ Ju-

*Protestatur Pars Citata.*

Jurisdictionis locatione, uti in proprio Fundo & Hæreditate ipsius, non verò in Concurrentia trinarum Hæreditatum, prout de Lege incumbit, allegãdo non esse veros & legitimos Scopulos, per Partem Actoream demonstratos, non nisi Monticulos, nullam rotunditatem, nec Circulum in se continentes.

*Protestatur similiter Collateralis.* Protestante Similiter Generoso NN. Bonorum Villæ N. Hærede, Collateraliter adcitato, de illegali Locatione Judicii sui, uti non in Concurrentia Trinarum Hæreditatum, offerendo se eandem Concurrentiam alibi, & Scopulos veros secundùm Actum Granicialem Anni N. situatos esse demonstraturum.

*Reprotestatur Actor contra utrosq; ratione Condictaminis.* Reprotestante verò Generoso NN. principaliter Actore, contra utrosq; tam Generosum NN. principaliter Citatum, quam Generosum NN. Collateraliter Adcitatum, quia ipsi inito secum Condictamine, in Avulsionem Fundi sui Actoris Hæreditarii, procedendo, eidem Angularitati & Scopulis veris & Legitimis, per se Protestantem Judicio demonstratis (quod in Ulteriori tractu Causæ Documentis Literatoriis probaturum se offert,) indebitè inficiantur. Quibûs connotatîs Protestationibûs Partium, Judicium Succamerariale iisdem Partibus Comparitionem inscri-

inſcribere demandat. Quibûs comparentibûs: Et quidem Actoreâ Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede perſonaliter, Citatâ Verò Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede itidem perſonaliter, Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede Collateraliter Adcitato itidem perſonaliter. Quibûs comparentibûs & Judicialitèr ſecum ea in Cauſa controvertentibûs. Controverſiîs exauditîs, teneri ſatisfacere Decreto Judicii Terreſtris in puncto Adcitationis tàm Partis Citatæ, quàm Collateralis, pro Termino præſenti ad Campum. Et quoniam Pars Actorea Relationē Miniſterialis poſitarum Literarum Innoteſcentialium, tam contra Partem Citatam, quam Collateralem emanatarum, in proprio Territorio Caſtrenſi N: Feria N. Anno præſenti per Miniſterialem N. recognitam, & ex eiſdem Actis depromptam, ſuo in Judicio reponit; Proinde ſatisfeciſſe Decreto tam Judicii Terreſtris, quam Officii ſui arbitratur & Partibus cauſam proſequi injungit. In proſecutione Cauſæ, quoniam in Cauſa præſenti, variæ dubietates, & perplexitates intercedunt, idcircò inſiſtendo Legi Poſitivæ, Judicium Succamerariale, ne per præcipitantiam ſui aliqua Pars in fortuna patiatur detrimentum, (quo-

niam Causa præsens Granicierum vim perpetuitatis sapit:) Deliberat ad Octo Septimanas, conservando Partibus eo in loco Terminum comparendi peremptorium, insimul cum Collaterali Adcitato. Actus præsentis vigore.

*Decretum per Serias Controversias, resolvendo Deliberationem.*

ACtum in Loco Campestri Differentiarum inter Hæreditates Villarum N. Genorosi NN. Actoris ab una, & Generosi NN. principaliter Citati parte ab altera, circa tres Scopulos Angulares notabiles (seu non admodum notabiles) unum Villæ N. prædicti Actoris, alterum Villæ N. præfati principaliter citati, tertium Villæ N. Generosi NN. Collateraliter Adcitati Hæreditariarum, penes viam stratam publicam, de civitate N.ad Oppidum N. tendentem, extantes Feria secunda post Dominicā N.proxima Anno Domini NN.

Coram Magnifico NN. Succamerario Generali Palatinatus NN. præsentibus Generosis & Nobilibus NN. & aliis diversi status & conditionis hominibus, ad hunc Actum congregatis. In Termino itaq; hodierno, per Decretum Deliberationis Judicii

sui

ſui conſervato, fundata Juriſdictione ſua & per Miniſterialem Regni Generalem Providum NN. de Villa N. Authenticum & Juratum proclamata, cum ſecuritate Actûs præſentis, cujus Decreti Deliberationis per oblatam ad Acta Succameraria lia porrecti tenor ſequitur, eſtq; talis: (Inſeratur Decretum anteactum Deliberationis) Partes ad ſui comparendum acclamare fecit. Quo in loco proteſtatur Generoſus NN. Bonorũ Villæ N. Hæres, originaliter Citatus, de indebita Locatione Judicii ſui, uti in proprio ſui Proteſtantis Fundo, & nulli Controverſiæ ſubjecto, uti non in concurrentia trinarum Hæreditatum, allegando eoſdem Scopulos non reales eſſe. Reproteſtatur Pars Actorea contra præmiſſa, quod in competenti Loco, Judicium Succameraria le locavit, allegando eſſe veros & legitimos Scopulos, non verò Monticulos & in Concurrentia trinarum Hæreditatum ſituatos. Quibûs connotatis Proteſtationibus, Comparitionem Partibus inſcribere injungit. Et quidem Actorea Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede, Actore perſonalitèr, Citata verò Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede, itidem perſonalitèr, Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede per

Generoſum NN. Actis Caſtrenſibus N. Feria N. Anno præſenti inſcriptum Plenipotentem Coram Judicio ſuo comparentibus, & ſecum Judicialiter controvertentibus, Controverſiîs exauditîs ad affectationem Partis Collateraliter adcitatæ, Generoſi NN. ſeu ejus Plenipotentis, Quoniam Cauſa Granicierum, ſine Judiciali agnitione Collateralis decidi nequit, nec conſtituta angularitas eſſe poteſt, proinde inſiſtendo tam Statuto Regni, quam Conſtitutioni Anni 1611. de Dilationibus ſancitæ, dat & concedit Dilationem Majoris ad Octo Septimanas, in quo quidem Termino probare tenebitur Documentô, ſeu atteſtatione Illuſtris Magnifici Mareſchalci Tribunalis Regni ſub Succubitione in Cauſa. Cum Generoſo verò NN. originaliter Citato ad eundem Terminum Octo Septimanarum Cauſam præſentem ſuſpendit Judicandam, conſervando Partibus Terminum comparendi peremptorium Decreti præſentis vigore.

*Decretum ex Conſervatione Termini conceſſæ Dilationis Majoris.*

ACtum in loco Campeſtri Differentiarum, inter Hæreditates Villarum N. Generoſi NN. Actoris

ris ab una, & Generosi NN. principaliter Citatî parte ab altera, circa tres Scopulos Angulares notabiles (seu non admodum notabiles) unum Villæ N. prædicti Actoris, alterum Villæ N. præfati principaliter Citati, Tertium Villæ N. Generosi NN. Collateraliter Adcitati Hæreditariarum, penes viam stratam publicam, de civitate N. ad Oppidum N. tendentem, extantes, Feria secunda, post Dominicam N. proxima Anno Domini NN.

Coram Magnifico NN. Succamerario Generali Palatinatus N. præsentibus Generosîs & Nobilibûs NN. & aliis diversi statûs & conditionis hominibus, ad hunc Actum congregatis, In Termino itaq; hodierno per Decretum concessæ Dilationis Majoris Feria N. Anno N, prolatum, & ad Acta Officii sui Succamerarialis porrectum & ex eisdem Authenticè depromptum, fundata jurisdictione Officiosa & cum omni securitate Actûs præsentis per Ministerialem Regni Generalem Providum NN. de Villa N. Authenticum & Juratum proclamata, Partes ad sui comparitionem acclamare fecit, Quo in Termino Partes: originaliter Actorea: Generosus NN. Bonorum Villæ N. Hæres personaliter, Citata verò: Generosus NN.

Bonorum Villæ N. Hæres, per Generoſum NN. Nuncium Poſſeſſionatum ejuſdem Palatinatûs. Generoſum NN. Collateraliter Adcitatum perſonaliter: Coram ſuo Judicio comparentibus & ſecum Judicialiter controvertentibus, Controversiîs exauditîs ad Affectationem & Delationem Generoſi NN. uti Nuncii, allegando Judicialiter, quod Generoſus NN. originaliter Citatus ex permiſſione Divina in lecto ægritudinis decumbit,& nullo modo præſenti in Termino comparere valet. Proinde dat & concedit Dilationem veræ Infirmitatis, inhærendo ſtatuto Regni & Conſtitutioni Anni 1611. Titulo: *Sprawy Sądowe, gruntu ſię tyczące*, ad octo Septimanas ab Actu præſenti computando, proximas. In quo quidem loco & Termino Campeſtri, coram ſuo Judicio Succamerariali comprobare, mettertius tenebitur, in eam Juramenti Rotham, quod tunc temporis, dum ſibi præſens Terminus differebatur, fuit Infirmus, Infirmitate verè Divinitùs permiſſa, DEO & Sancta JESU Chriſti Paſſione, ita ipſum adjuvante. Cum Collaterali verò Cauſam præſentem ad hoccé tempus comparendi & Judicialitèr controvertendi ſuſpendit judicandam. Conſervando Parti-

bus

bus omnibus, Terminum comparendi per emptorium, Decreti præſentis vigore.

*Decretum per Serias Controverſias ex Conſervatione Termini tum conceſſæ Dilationis Majoris, quam Infirmitatis.*

ACtum in Loco Campeſtri Differentiarum, inter Hæreditates Villarum N. Generoſi NN. Actoris ab una, & Generoſi NN. principaliter Citati parte ab altera, circa tres Scopulos Angulares Notabiles (ſeu non admodum notabiles) unum Villæ N. prædicti Actoris, alterum Villæ N. præfati principaliter Citati, Tertium Villæ N. Generoſi NN. Collateraliter Adcitati Hæreditariarum, penes viam ſtratam publicam, de civitate N. ad oppidum N. tendentem extantes. Feria ſecunda poſt Feſtum N. proxima Anno Domini NN.

Coram Magnifico NN. Succamerario Generali Palatinatûs N. In Termino itaq; hodierno per Decretum conceſſæ Dilationis Infirmitatis Judicii ſui Succamerarialis conſervato, fundata Juriſdictione ſua, & per Miniſterialem Regni Generalem Providum

NN. de

NN. de Villa N. Authenticum & Juratum, cum ſecuritate Actus præſentis proclamata, præſentibus Generosîs & Nobilibûs NN. & aliis diverſi ſtatus & conditionis hominibus, ad hunc Actum congregatis, Quo mediante Decreto, conceſſa erat ad mentem Legis, Dilatio Infirmitatis Generoſo NN, originaliter Citato, quo in loco Generoſi NN. tam originaliter Citatus præfatorum Bonorum Villæ N. Hæres, quam Collateraliter Adcitatus Generosus NN. inhærendo anterioribus proteſtationibus ſuis, Corã ſuo Judicio ratione indebitæ & illegalitèr Locationis Judicii ſui factis, ita & ad præſens eaſdem renovando, ratione præmiſſorũ; contra ſupraſcriptũ Generoſum NN. Actorẽ, ſolenniter Proteſtati ſunt, Offerendo ſe, in alio Loco in Concurrentia Trinarum Hæreditatum præfatarum, veram & Legitimam Angularitatem demonſtraturos. Reproteſtatur Generoſus NN. Actor una cum Proteſtatione contra utroſq; tam præfatum Generoſum NN. originaliter Citatum, inſiſtendo anterioribus Proteſtationibus & Reproteſtationibus ſuis, in anteactis Terminis factis, imo eaſdem renovando, ratione per Ipſos, inito Condictamine in præjudicium fortunæ & Avulſionem Fundi ſui Proteſtã-

tis,

tis, indebitæ ejusdem Angularitatis non Agnitionis, & locationem Judicii sui, in hocce loco denegationis, in cujus probationem, reproduxit Judicio Actũ Granicialem, de Actu ejus, Feria NN. Anno Domini N. ex Actis Terrestribus N. depromptum, cum situ, & Positione Loci præsentis quadrantem, in fundamento cujus, rité & legitimè Judicium Succamerariale locavit. Ratione cujus indebitæ Retrusionis solennitèr protestatur & reprotestatur. Connotatis itaq; Partium Protestationibus & Reprotestationibus, Judicium Succamerariale Campestre, Partes ad sui Comparendum per suprafatum Ministerialem acclamare fecit, & eisdem Comparitionem inscribere demandat. Et quidem Actorea, Generoso NN. Bonorum Villæ N. Hærede personalitèr. Citata verò Generoso NN. Bonorum Villæ N. itidem Hærede personaliter, Generoso NN. Bonorum Villæ N. Hærede Collateraliter Adcitato itidèm personaliter. Coram suo Judicio comparentibus, & secum Judicialiter controvertentibus; Controversiîs exauditîs Partibus in Causa præsenti experiri mandat. In experimento; teneri Satisfacere tam Partem Collateraliter Adcitatam videlicet Generosum NN. Decreto

G in or-

in ordine concessæ Dilationis Majoris, quàm Partem Citatam Decreto concessæ Dilationis Infirmitatis. quam comprobet instantaneè ad Mentem Legis met tertius, & additur Ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham. Et quoniam satisfaciendo Decreto Judicii sui, tam Generosus NN. una cum Duobus Nobilibus NN. Rothisante sibi Ministeriali, ad Imaginem Crucifixi Domini, Corporale Juramentum in eam Jaramenti Rotham; quod tunc temporis circa Actum immediatum Condescensionis erat, Infirmus vera Infirmitate à DEO permissa, DEO & Sancta JESU Christi Passione ita ipsum adjuvante, in præsentia Partis Actoreæ præstitit. Jam verò Generosus NN. attestationem ab Illustri & Magnifico Mareschalco Tribunalis Regni, de Data ejus Die N. Anno præsenti Petricoviæ in rem ejus Datam reproducit. Proinde utrosq; in Puncto satisfactionis Decreto præsenti Judicii sui satisfecisse arbitratur, & Causam præsentem Partibus prosequi mandat. In prosequendo, resolvendo Deliberationem Judicii sui, in primo Actu Condescensionis acceptam, suspensa tantisper resolutione Angularitatis & Acialitatis, per Partem Actoream demonstratæ,

ad

ad Revisionem Ductuum Partium utrarumq; Judicium accessit, & primo Parti Actoreæ inchoationem Ductus, à Termino à Quo, per Quem, & ad Quem, demandat. Qui Generosus Actor Bonorum præfatorum Villæ N. Hæres incepit, & inchoavit Ductum suum à Loco fundatæ Jurisdictionis, & à Scopulis Tribus Angularibus Judicio demonstratis, & Actu Graniciali de Actu ejus, superiùs exarato probatis, seu è Medio eorum, duxit Judicium recta linea à plaga Septemtrionali versùs meridiem (vel ab Oriente versus Occidentem, vel inter plagas Occidentalem & Meridionalem, versùs Orienits plagam, & Septētrionis, ut in re fuerit:) Et demonstravit eidem Judiciô Scopulum Parietalem minus notabilem, non procul ab Angularibus videlicet Octoginta passibus extantem. Contra quam Demonstrationem protestatur Generosus NN. originalitèr Citatus, allegando eundem non Scopulum Parietalem, verum Monticulum vermiculis erectum nullam rotunditatem & Circulum habentem, Reprotestante eadem Parte Ducente, respectu indebitæ Abnegationis ejusdem Scopuli Parietalis, uti sat notabilis; Et in verificationem ejus, reserationem ejusdem Scopuli instantaneam

*Initium Ductûs Partis Actoreæ.*

expetiit, cujus Affectationi annuendo, eundem Scopulum reserare demandavit, in quo reserato, in præsentia Partis Citatæ, inventa sunt signa Granicialia, videlicet Particulæ Laterum, Carbones, non postremæ quantitatis, & aliquot Particulæ Dimoscorii Ferrei. A quo ulterius ad eandem Plagam Meridionalem quantò rectius per Borram densam Ductu præparato & exciso, progrediendo, demonstravit. Judicio suo Scopulum secundum, Parietalem, centum passibus à reserato distantem non adeo notabilem, quem, Judicium itidem reserare injunxit, in quo reserato nil inventum, nisi lapides cum Terra mixti, parvi reperiebantur. Ulteriori tractu eadem Borra Pars Ducens devenit ad locum lutosum, cujus transitus est difficilis, per Quem, ductu Arboribus præparato & strato, pedester transeundo, devenit ad Locum siccum elevatum, in quo quidem loco demonstravit Judicio Scopulum pro Parietali sumptũ, cujus relerationẽ Pars Ducens Actorea expetiit, cujus Affectationi annuendo, eundem reserare injunxit, in quo reserato inventi sunt Carbones, Particulæ Laterũ, & Dimoscoriũ Ferreum, similia prout in priori Scopulo reperiebantur, à Quo reserato recta linea ad

Meri-

Meridiem, eadem Borra vario Arborum Genere excreta densa, succedit Fluviolus, seu Torrens, ab occasu versus Orientem profluens, quem transgrediendo per scamna ad transitum præparata, devenit ad Viam Publicam, de Oppido N. ad Villam N. tendẽtem, penes quam viam publicam, demonstravit Judicio, Scopulum Parietalem sat Notabilem, rotunditatem & Circulum habentem, cujus reseratio minus necessaria est, siquidem est Visibilis, à Quo quidem Scopulo transcensa via recto tramite ad Meridiem, repertus est Scopulus, similis rotunditatis & altitudinis immediato, penes præfatam viam situato, centum passibus ab eo distante, & ab eodem ulterius progrediendo ad Plagam eandem Meridionalem, devenit Judicium ad Campos vario Genere frumentorum conseminatos, ubi Pars ducens representavit Judicio sulcos, in longum versus Villam Citatæ Partis. Jam verò ad Partem sinistram versus Villam Actoris diversè coaratos, in quibus Campis allegabat Pars idem Ducens, Quinq; Scopulos, unum post alium Rectilinio, ab aliquot Decem Annis, situatos esse: Jam verò per Antecedaneos Hæredes Villæ Citati disaratos & in nihilum conversos esse, in Avulsionem

 Fundi

Fundi Hæreditarii ſui Actoris procedendo: & in verificationem Allegationis ſuæ, reproduxit Judicio Viſionem Officioſam per Miniſterialem, & Duos Nobiles factam, & coram Actis Caſtrenſibus, per eundem Miniſterialem Feria N. Anno N. recognitam, tum Proteſtationem eo Nomine, ratione Diſarationis Scopulorum, in hocce Campo *Długie Pole* nominato, & per inde ademptionis eorundem Fundorum, vi & potentia Antecedaneorum Hæredum, villæ ad præſens Citati Hæreditariæ, per Generoſum NN. coram Actis Caſtrenſibus N. Feria N. Anno N. factam, Ratione cujus Diſarationis intentaverat Actionem ad Judicium Terreſtre N. Antecedaneus Hæres, ad quam ſopiendam Cauſam interceſſit Decretum, Judicii Terreſtris N. in Ordine Judicialis Viſionis per Generosũ Camerarium Granicialem diſaratorum Scopulorum, tandem intervenientibus fatis Generoſi NN. Antecedanei Hæredis Villæ N. ad præſens Actoris Hæreditariæ, translapſus erat Terminus. Ac poſt ingruente hoſtilitate, & per aliquot ferme viginti Annos in oris noſtris graſſante, non erat tempus nec locus vindicandæ injuriæ. Ulteriùs eôdem Campô ad Meridiem, quantò rectius Ductum ſuum conti-

nuando,

nuando, devenit, ad Aciales Scopulos tres, bene notabiles, & in eo loco Ductum ſuum finivit & determinavit. Circa quam Determinationem reproduxit Relationem Literarum Innoteſcentialium ex Parte ſui Actoris contra Generoſum NN. Bonorum Villæ N. Hæredem, Collateraliter adcitatum, pro Demonſtratione & Agnitione Angularitatis ſeu Acialitatis in hocce loco extantis, per Miniſterialem Regni Generalem Providum NN. de Villa N. Authenticum & Juratum, coram Actis Caſtrenſibus N. Feria N. Anno præſenti recognitam, cujus tenor eſt talis (Inſeratur hæc Adcitatio Literarum Innoteſcentialium) Vigore cujus Adcitationis perſonaliter comparens Generoſus NN. Bonorum præfatorũ Villæ N. Hæres, eandem Angularitatem ſeu Acialitatem veram, uti in Concurrentia trinarum Hæreditatum ſituatam, Judicialiter agnovit, poſt quam agnitionem Collateralis & Determinationem Ductûs Partis Actoreæ, Solenniter proteſtatur, Pars Citata videlicet Generoſus NN. contra totum Ductum Partis Actoreæ, uti non à Termino à Quo, obliquè non Rectilinio, continuatum & determinatũ eſſe, tum ratione injuſtæ Demonſtrationis, ac ſi Diſaratorũ Sco-

pulo-

pulorum, Parietalium, in Campo *Długie Pole* vocitato, Qui Campus, ab antiquo totalis, ad Villam suam Hæreditariam N. spectat, quod Inquisitione probaturum se offert. Reprotestatur Generosus N. Actor, quod Judicium suum rite & legitimè Rectilinio, à Termino à Quo, per Quem, & ad Quem, duxit & determinavit, in fundamento Granicierũ Anni supra exarati Judicio suo reproductarum.

*Ductus Partis Citatæ.* Finito & determinato Ductu Partis Actoreæ, ad Revisionem Ductus Partis Citatæ Judicium Succamerariale accessit. Tandem vergente Sole ad Occasum, Actum præsentem ad Diem crastinum, Ministeriali Regni Suprascripto, Judicii Sui Apparitori reclamare demandavit. Tandem Die crastino, videlicet Feria Tertia, post idem Festum N. Anno præsenti, reassumpta Jurisdictione sui, ad Comparitionem Partium omnium, ad continuationem Ductûs Partis Citatæ processit. Quo in Termino ex Acclamatione Ministerialis, Pars Citata demonstravit Judicio suo tres Monticulos, non procul à se distantes, in Borra densa, vario Genere Arborum excreta, penes viam publicam de Oppido N. ad Oppidum N. per Villam N. tendentem, & ibidem Concurrentiam trinarum

Hæ-

Hæreditatum, allegavit eſſe, non verò in eo loco, à quo Pars Actorea Ductum ſuum incepit. Quo in Loco & Termino ad acclamationem Miniſterialis, perſonalitèr Comparens Generoſus NN. Collateraliter Adcitatus, veram in eo loco Angularitatem ſitu atam eſſe Judicialiter Parti Citatæ agnovit, & firmitèr allegavit. Proteſtatur Pars Actorea, nempe Generoſus N. tam contra Partem originaliter Citatam, quam Collateralem, reſpectu indebitæ tam Remonſtrationis, acſi Scopulorum Angularium, quàm Agnitionis per Collateralem eorundem, uti nullîs Documentis probantium. Circa quam Proteſtationem coram ſuo Judicio factam, petiit Pars Actorea, reſerationem eorundem Scopulorum Angularium, cujus affectationi annuendo, eoſdem Scopulos in præſentia Partium omnium reſerare demandavit; in quibus reſeratis, nihil inventum. A quibus Scopulis, ſeu Monticulis à Septemtrione ad Meridiem progrediendo Pars Citata, demonſtravit Judicio Monticulum Scopuli, allegando eundem verum eſſe Scopulum Parietalem, Octoginta Quinque Paſſibus à Scopulis Angularibus reſeratis diſtantem, cujus reſerationem eadem Pars Citata Ducens affectavit. Affectationi ejuſdem Par-

H tis

tis annuendo, eundem Scopulum reſeravit, in quo reſerato, nihil repertum eſt, nonniſi Rupes, alias Terra conglutinata adinſtar Lateris, contra quem Scopulum proteſtatus eſt Generoſus NN. Actor, de illegali ejuſdem Monticuli, pro Scopulo Parietali ſumpto, demonſtratione. Et quia hæc Borra, ab antiquo ad Hæreditatem ejus Villæ ſpectat. Ducente ulterius Parte Citata ad Plagam Meridionalem, demonſtravit Judicio, Signum Graniciale in arbore Pinatica, adinſtar Crucis exciſum, & non procul ab eo loco, ferme uno ſtadio; alterum Signum, primo Simile in Arbore Fagina exciſum. Contra quam Demonſtrationem Signorum, acſi Granicialium, proteſtatus eſt Generoſus N. Actor, Reproducta Viſione Officioſa per miniſterialem & duos Nobiles, eo in loco peracta, & coram Actis Caſtrenſibus Feria N. Anno N. recognita, earundem inciſionum inofficiosè privata Authoritate, per Antecedaneum Hæredem Villæ N. exciſorum. Ulteriori tractu & Ductu Pars Citata ad meridiem proficiſcendo, per ſylvam, devenit ad vias tranſverſales, unam de Oppido N. ad Oppidum N. publicam, alteram de Villa N. ad Villam N. tendentes, circa quas vias, demonſtravit Scopulum veriſi

risimilem, cui Pars Actorea inficiando, reserationem expetiit, quô reseratô, inventi sunt Carbones, in minori Quantitate, quos Pars Actorea allegabat, è radicibus combustis, stante conflagratione Sylvæ ejusdem esse. Ulterius continuando Ductum suum Pars Citata, ad Fluviolum seu rivulum ex Sylvis ab Occidente, versus Orientem profluentem, quem transcendendo, devenit ad locum sublimiorem, & Argulam Fruticetosam, & per eandem transeundo Rectilinio, mediô stadiô ab eadē Argula, ostendit Judicio Mōticulum, eundem, pro Scopulo asserendo Judicium, propter meliorem informationem Judicii sui, eundem reserare demandavit, in quo reserato, nihil inventū est, Tandem ulteriorem Ductum continuando, & sese declinando obliquè, ad Partem sinistram, versus Plagā inter Meridiem & Orientem Hyemalem, Judicium adduxit, ad meditullium Camporum, ubi allegabat Scopulos esse disaratos, per supra nominatum Generosum Actorem; quam Allegationem nullâ Contestatione Litis probat. Protestante Generoso N. Actore, contra Partem Ducentem, de indebita Judicii sui Ductione, per proprios Fundos & Campos, nulli controversiæ ab Ævo subjacentes, tum ratione Conculca-

tionis Frumentorum Ductu ſuo, & quia is Fundus & Campi, ab antiquo ſunt Curiales, ad Villam & Hæreditatem ſui Proteſtantis, ſpectantes, ulterius eôdem Ductu per Campos progrediendo, in hanc, & in aliam Partem Pars Ducens ſeſe divertendo, devenit ad eam Angularitatem, & tres Scopulos Angulares, ſeu Aciales, ubi Pars originaliter Actorea, Ductum ſuum finivit, eo etiam in loco, & eadem Citata Pars Ductum ſuum determinavit. Proteſtatur Pars Actorea de nullitate, & invaliditate totiùs Ductus, uti non à Termino à Quo, & per Quem, uti ſummam obliquitatem in ſe continentis, nec ullis Documentis toto tractu probati. Reproteſtante Parte Citata, quod ritè & legitimè Judicium Succamerariale duxit, tum reſpectu indebitè objecti Condictaminis cum Collaterali Generoſo N. qui nullo Condictamine ſecum Proteſtante proceſſit, nonniſi ſecundùm notitiam, à ſenibus Incolis Villæ ſuæ acceptam, udicio in Concurrentia trinarum Hæreditatum Acialitatem ſuam & determinium Parietis Judicio Succamerariali demonſtravit, & exinde ſibi Proteſtanti Scopulum Angularem, agnovit.

Quibus finitîs Ductibûs Partium utrarumq; ac be-

ne,

ne, & diligentèr revisîs, ad sufficientiorem Probationem Ductuum, Inquisitionem per Partes tam principaliter agentes, quam Collateralem, Generosum NN. respectu ejusdem Acialitatis expediendam censet, injungendo, quatenus eædem Partes, præviis conscribendis Interrogatoriis, & sibi ab invicem Pars Parti, communicandis, expediant, idq; in instanti sub Succubitione in Causa, & super Incorruptionem Testium, Juramentum præstare demandat, additur Ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham, idq; instantaneè. Quod Juramentum, siquidem Partes, tam principaliter agentes, quàm Collateralis Generosus NN. Rothisante sibi Ministeriali, in facie Judicii sui præstiterunt, proinde ad expediendam eandem Inquisitionem, primo Partis Actoreæ, ac post Partis Citatæ, Judicium accessit, tandem declinante sole ad Occasum Actum suum ad diem crastinam prorogavit & limitavit, & eundem Ministeriali suprafato, Judicii sui apparitori reclamare injunxit. Tandem die crastina adveniente, videlicet Feria NN. expeditîs Inquisitionibus, Partiū tam principaliter agentium, tam respectu Angularitatis, quàm totius universalis Ductûs, jam verò Collateralem de sola a-

 cialita-

cialitate ejus, & Concurrentia Hæreditatum, in eo loco, ubi Parti originaliter Citatæ agnoverat. Judicium Succamerariale, post expeditas easdem Inquisitiones, & introductô Negotiô: ad lectionē earundem condescendit, Quibûs lectîs & per omnes Circūstantias perpensîs, & trutinatîs, siquidem Judicio, tam iisdem Inquisitionibus, quàm & Documentis Partis Actoreæ, nempe Graniciebus Anni N. ex Actis Succamerarialibus depromptis eandem Angularitatem. per partem Actoream Demonstratam, circa viam publicam stratam, ad Oppidum N. ex Civitate N. tendentem, veram & Legitimam esse, Proinde adjudicato eodem Loco, pro erigendis Scopulis Angularibus, & Aciali Generoso N. Collateraliter Adcitato, probabiliori Ductu Partis Actoreæ, uti Scopulis & signis Granicialibus, in eisdem repertis, Rectilinio, à septemtrione, à Termino à Quo, per Quem, & ad Terminum ad Quem, per Generosum NN. Collateraliter Adcitatum Judicialiter agnitum, & secum cum Parte Citata, in eodem concordantem, ad plagam meridionalem situatum. Jam verò Partis Citatæ, reprobatô, uti obliquitatem in se continenti, & nullîs Documentîs Literatoriis, ac Inquisitionibûs firmato,

mato, nulli Parti favendo, ſed ſolum DEUM præ o-oculis habendo, ad Erectionem, & Sipationem Scopulorum primo Angularium, ac poſt Parietalium, Judicium acceſſit. Movit Pars tam principaliter Citata, quam Collateralis, ad Judicia Tribunalitia Regni Petricovienſia, non admiſſa, Proteſtatur Pars de Gravamine, Judicium, cum Parte Actorea, reproteſtatur, quod nullum Gravamen, tam Parti Citatæ, quàm Collaterali, per Adjudicationem Ductûs, viſis Literatoriîs Documentis, & dictante Conſcientia ſui, probabiliorem Ductum Parti Actoreæ adinvenit, & eidem adjudicavit, & iterum ad ſipationem Scopulorum Angularium proceſſit, & imprimis unum Scopulum Angularem Parti Actoreæ, videlicet Hæreditati Villæ N. ad Orientem, alterum Parti Citatæ & Hæreditati ejus Villæ N. ad Occidentem, utroſque Scopulos ex una parte viæ ſtratæ de Oppido N. ad Villam N. tendentis, Tertium ex altera parte viæ ad Septemtrionem Hæreditati Villæ N. Collaterali, in æquali Diſtantia Quinq; Cubitorum uſualium ſituatos, ſipavit & de Terra in Altum erexit, & in quemlibet, ſigna metalia, videlicet: Carbones, Lateres, ac Dimoſcorium Ferreum, cum lagena vitrea millio im-

pleta,

pleta, cum impoſita in eadem charta papyrea, cum deſcriptione Actus hodierni, per quem ſunt ſipati Scopuli, ut Poſteritati pateat, in caſu alicujus Differentiæ exoriundæ. Tandem ab eiſdem Angularibus Scopulis, ad Meridiem eodem Ductu Partis Actoreæ progrediendo, ſipavit primum Scopulum Parietalem, in eo loco, ubi reſeratio antiqui Scopuli ex mandato Judicii ſui ſubſecuta eſt, & noviter de Terra erexit, Octoginta paſſibus ab Angularibus diſtantem, & ulterius ab eodem Scopulo Parietali, quantò rectius, per Borràm denſam, vario Arborum genere excretam, ad plagam Meridionalem eundo, ſipavit Scopulum alterum, primo ſimilem in æquali diſtantia Octoginta paſſibus, à primo erectum, & ab eodem ulteriori Ductu, eadem Borra progrèdiendo, ſipavit Scopulum tertium, in loco ſublimiori, ſecùs locum lutoſum, plus minus Quatuor, vel Quinq; ſtadiorum extantem, quæ loca lutoſa tranſeundo, ex altera Parte eorundem, medió ſtadio, videlicet: Quinquaginta paſſibus ab eodem loco lutoſo, in loco elevatiori, rectâ lineâ ad Meridiem, ſipatus eſt Scopulus, in numero Quartus, deinde ulterius ad Meridiem, eadẽ Borra greſſus ſuos dirigendo, devenit ad Fluviolum,

ſeu

ſeu torrentem, ab occasu, versùs orientem, profluentem, in cujus ripa in loco elevatiori, ſipatus eſt Scopulus Parietalis, in numero quintus, à quarto Octoginta paſſibûs diſtans, quem tranſgrediendo, devenit Judicium ad viam publicam de oppido N. ad Villã N. tendentem, non tranſcendendo eandem viã, imò penes ipſam ſipatus eſt Scopulus, in numero ſextus centum paſſibûs à quinto diſtans. Tranſcensâ eâdem viâ, Rectilinio ad Meridiem exeundo ex eadem Borra, ſipatus eſt Scopulus ſub ipſa Borra in confinio agrorum *Długie Pole* vocitatorum, ad hæreditatem Villæ N. Actoris, ab ævo ſpectantium, in numero ſeptimus, à ſexto octoginta paſſibûs diſtans, ab eodemq; Septimo ſcopulo ad meridiem, quantò rectiùs, per eoſdem agros & campos proficiſcendo, Foſſam aratro ad id comparato, erigere, injunxit, uſq; ad Aciales Scopulos attingentem; quos ad affectationem Partium, tam principaliter agentium, quàm Collateralis, uti nulli controverſiæ ſubjectos renovare, & in altum erigere, demandavit, & Signis Metalicis tam Parietales omnes, quam & Aciales, carbonibus, latere, & dimoſcorio ferreo, in quemlibet eorum, diſtinctim impoſitîs, obſignavit.

 Poſt

Poſtquam Sipationem Scopulorum tam Angularium, ſeu Acialium, quam Parietalium Judicium Succamerariale decernit, quatenus Pars Ductum lucrans Actorea, comprobet Met-Septimus genere ſibi ſimilibus, adhærendo ſtatuto Regni, in ultimo Scopulo ſuo Aciali, in eam Juramenti Rotham, prout Ductu ſuo, nihil terræ & hæreditatis Citato ademit, nec ab illius hæreditate alienavit, idq; inſtantaneè. Additur Miniſterialis ad pronunciandam Juramenti Rotham (Si interponet Motionem Citatus, ſiſtendo Juramentum Parti Ductum lucranti, tunc debet fieri admiſſa, ad Judicia Tribunalis Regni, ejuſdem Provinciæ, ubi Bona conſiſtunt: ſi verò non interponet Motionem, accedat Judicium ad attentandum Juramentū) Quod Juramentum idem Generoſus NN. una cum ſex teſtibus, genere ſibi ſimilibus, NN. rothiſante ſibi Miniſteriali Rothâ ſuperiùs deſcripta, ad mentem Statuti in facie Judicii ſui, & attentante Parte, & quidem Generoſus NN. Actor ad Imaginem Crucifixi Domini, Jam verò præfati Teſtes, erectîs in Cælum duobûs digitîs, flexîs genibûs, in ultimo Scopulo Aciali præſtiterunt, Proindè earundem Granicierum robur perpetuæ firmitatis Judicium habere vult, & declarat

*Injūcta Comprobatio Ductûs.*

*Rotha Juramenti.*

clarat, & Ministeriali alta sua & sonorosa voce in præsentia omnium ad hunc actum congregatorum, publicare, & proclamare demandavit. Quas nemo violare, aut aliô quôvis modô annihilare audeat sub pœna duorum millium Marcarum, per Judicium competens decernenda. (Si verò Partes sibi abinvicem pascua communia concedent, scribatur.) Et quoniam Partes utræq; mutua pascua communia in Borris & campis desertis, hæreditatum suarum, sibi ab invicem, juxta antiquum usum concedunt. Proinde Judicium decernit, Quatenus Partes utræque iisdem pascuîs liberîs ab invicem concessîs uti fruantur, citrà tamen damnum.

*Decretum ex Seriis Controversiis ex mente Decreti Tribunalitii, in loco Campestri Differentiarum prolatum.*

A Cum in Loco Campestri Differentiarum inter Bona Villæ N. Magnifici NN. Hæreditariæ ab una, & Bona Villæ N. Generosi NN. Hæreditariæ, sub ipsa Borra N. vocitata, non procul à stagno ad Villam N. spectante, in concurrentia trinarum Hæreditatum, tum etiam Villæ N. Generosi N. Collateralis, penes

 Viam

viam ſtratam de Villa N. ad Villam N. tendentem, ubi eo in loco, nulli extant Scopuli Angulares earundem hæreditatum, ab aliquot decem annis, per ſubditos Generoſi NN. de Villa N. disjecti, Feria N. poſt Feſtum N, Anno Domini N.

COram Magnificis NN. Siradienſi, & NN. Lancicienſi Camerariis Granicialibus Palatinatuûm eorundem, nec non NN. Petricovienſi Judice, atq; NN. Notario Vielunenſi Caſtrenſibûs, vigore Decreti Tribunalitii Regni Petricovienſis, Feria Sexta poſt Feſtum NN. anno præſenti, inter Partes infra ſcriptas prolati, quo mediante injuncta eſt Condeſcenſio Officiorum Succamerarialium in fundum Bonorum ſupra in Actu connotatorum, ſeu ad locum controverſum, & ibidem ad ſopiendas, & finaliter decidendas prætenſiones, reſpectu Granicierum, ſibi ab invicem ad Judicium Tribunalitium, ratione præmiſſarum inſtituti Actoratus, Officiorum, & quidem pro Parte originaliter Actorea Officii Siradienſis vel Vielunenſis, aut Junivladislavienſis, pro Parte verò Citata ſimul & Actorea, Lancicienſis, vel Goſtinenſis, aut Sochaczovienſis, ſive Varſavienſis, unius ex Magnificis Succame-

camerariis, abſentia non obſtante, dum modo unuś Succamerarius, vel ejus Officialis, à quacunq; Parte, adſit, Comportationem Documentorum Cauſam Granicierum evincentium, per Partem Parti, prævió Summariô eorundem conſcriptô & ſubſcriptô, ante omnia demandabunt, vel demandabit, Comprobationem Juratoriam ſuper realem Comportationem inſtantaneam injunget, de Concurrentia trinarum Hæreditarum & Scopulis Angularibus, ubinam reperiri poterint, prævia, ſi opus fuerit, Inquiſitione, inveſtigabunt, Ductus Partium revidebunt, connotabunt, Scopulos antiquos reſerabit vel reſerabunt, novos erigent, antiquos renovabunt, Ductum quem Pars probabiliorem demonſtrabit, eidem Parti adjudicabunt, & Parti Ductum lucranti in ultimo Scopulo ad mentem Statuti demandabunt vel demandabit, & Partes præciſa quavis Appellatione & Prorogatione finaliter, disjudicabunt. Ad ſopiendas vero prætenſiones Partium, in cauſa facti & perpetratarum violentiarum Officiorum Caſtrenſium, & quidem pro Parte Magnifici NN. originalitèr Actoris Cracovienſis, vel Sandomirienſis, vel Radomienſis, pro Parte verò Generoſi NN. Citati & Actoris: Opocznenſis,

vel Chęcinensis, aut Stężycensis, quæ Officia, unius ex Magnificis Officialibus absentia non obstante, dummodò unum Officium seu Officialis adsit, post decisam Causam Granicierum per Magnificos Succamerarios de violentiis, prævia Inquisitione Juratoria investigabit, Pœnas tam personales, quam crumenales, pro qualitate facti irrogabit, proventum ex fundis & agris indebitè possessis & appropriatis, præviô reddendo calculo liquidabit, & restitutionem, cui, & à quo competierit, demandabunt vel demandabit, & Partes in omnibus & cunctis prætensionibus finaliter præcisa Appellatione disjudicabunt & moderabuntur. Quorum decisioni tam Judicii Succamerarialis, quàm Officiorum Castrensium, seu unius Officii vel Officialis decisioni parere & acquiescere debebunt & tenebuntur, sub pœna Banitionis, illo in Termino Condescensionis publicanda. De præmissis in se latiori existente, Ita in Termino hodierno, ex præinserto Decreto Tribunalis Regni, fundata Jurisdictione sua, cum securitate Actûs, & per Ministerialem Regni Generalem Provicum NN. de Villa N. Authenticum & Juratum, præsentibus Generosis ac Nobilibus NN. & aliis diversi Statûs, & conditio-

ditionis hominibùs, ad hunc Actum congregatis, proclamata, Partes ad ſui comparendum acclamare fecit, Quo in loco, proteſtatur Generoſus NN. originaliter Citatus, & Actor, Bonorum Villæ N. Hæres, contra Magnificum NN. Bonorum Villæ N. Hæredē, de indebita fundatione Juriſdictionis, & locatione Judicii Condeſcenſorialis Succamerarialis, uti non in concurrentia trinarum Hæreditatum, verum in proprio fundo Hæreditario Villæ N. Reproteſtatur Magnificus NN. Bonorum ſuprafatorum Villæ N. Hæres, contra Generoſum N. de indebita denegatione in eo loco fundatæ Juriſdictionis, & Abnegatione in ibidem Concurrentiæ, trinarum Hæreditatum, ad cujus probationem reproduxit coram Judicio ſuo, viſionem Officioſam, per Miniſterialem, & duos Nobiles coram Actis Caſtrenſibus N. Feria N. Anno N. ratione disjectorum Scopulorum, in eo loco fundatæ Jurisdictionis, per ſubditos Villæ N. Citati Hæreditariæ, Reproteſtante eodem Generoſo NN. quod licèt quidèm Magnificus NN. ad probati onem Concurrentiæ trinarum Hæreditatum, acſi in eo loco fundatæ Juriſdictionis, viſionem officioſam coram Judicio reproducit, attamen eadem Viſio, non ad e-

um

um locum, ubi fundata eſt Juriſdictio, ſpectare debet, ſed ad eum, quem Pars Citata in Ductu ſuo demonſtraturum ſe offert. Proteſtatur Collateraliter Adcitatus Generoſus NN. contra Magnificum NN. non agnoſcendo, imo per omnia denegando, in eo loco fundatæ Juriſdictionis, Concurrentiam trinarum Hæreditatum, verum in alio loco demonſtraturum ſe offert, Quibûs connotatîs Proteſtationibûs, & Reproteſtationibûs, Comparitionem Partibus inſcribere demandat. Et quidem Actorea Magnifico NN. Bonorum Villæ N. Hærede Actore & Citato perſonaliter, Citata verò & Actorea, Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede itidem perſonalitèr, Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede, Collateralitèr adcitato, itidem perſonaliter, Generoſo NN. ad aliam Partem Parietis, & Angularitatis, ſeu Acialitatis, itidem Collateralitèr Adcitato perſonalitèr, ( ſi plures ſunt Cohæredes tam principalitèr agentes, quam Collaterales, & intrant in Terminos, ſcribatur in plurali) Quibûs Comparentibûs, & ſecum Judicialitèr controvertentibûs, teneri Partes utraſq; ſatisfacere Decreto Tribunalitio, de Actu ſuperiùs exarato, in puncto Adcitationis Collateralium. Et quoniam Partes

utræq;

utræq; Relationes positarum Citationum, per Ministerialem Regni, unius ex Parte Magnifici NN. contra Generosos Collaterales NN. coram Actis Castrensibus N. Anno præsenti N: alterius ex Parte Generosi NN. coram iisdem Actis N. Feria N, Anno N. contra Generosos NN. Collaterales, suo in Judicio reponunt, proinde satisfecisse tam Decreto Tribunalitio, quam Judicii sui, arbitratur, & Causam præsentem prosequi mandat. In Prosecutione Causæ, teneri Partes utrasq; ante omnia satisfacere, eidem Decreto Tribunalitio, in puncto Comportationis Munimentorum, ad Causam præsentem spectantium, decernendo, quatenus eædem Partes utræq; ad Judiciũ suum comportent omnia Documenta apud se hærentia, prævio conscribendo summario, & Pars Parti communicet, Realitatem Comportatorum comprobent, idq; instantaneè, sub succubitione in Causa. Et quoniam Partes utræq; eadem Documenta comportarunt, & ad Comprobationem Juratoriam, super realem Comportationem eorundem sese trahunt.proinde admissibilibus iisdem Partibus adinventis, additur Ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham, & quoniam Partes utræq; in facie Judicii sui, ad I-

 ma-

maginem Crucifixi Christi Domini, Rothisante sibi Ministeriali in eam Juramenti Rotham, prout omnia Documenta ad Causam præsentem spectantia, in Judicio reposita, realiter comportarunt, nec quidquam in damnum & præjudicium Partis, penes se detinuerunt neq; celarunt, DEO & Sancta JESU Christi Passione, ita ipsum adjuvante, præstiterunt, ( Si verò Partes sibi indulgent Juramentum, quod licitum est Partibus, tunc scribatur, & quoniam Partes, hocce Juramentum super realem comportationem sibi ab invicem indulserunt, Proinde satisfecisse Decreto Judicii sui adinvenit, & Partibus iisdem in Causa præsenti procedere mandat. Tandem vergente sole ad occasum, ad diem crastinam Actum præsentem, Ministeriali suprafato reclamare injunxit; Adveniente itaq; die crastina, videlicet Feria Tertia post Festum N. Anno præsenti reassumpta Jurisdictione sua, & per Ministerialem Regni acclamata, in procedendo: Suspensa resolutione Angularitatis, & Acialitatis, ad revisionem Ductuum, Partium utrarumq; & quidem primò Partis originaliter Actoreæ Magnifici NN. Bonorum Villæ N. Hæredis Judicium processit. Itaq; incepit Ductum suum Magnificus NN. Bonorum

*Inchoavit Ductū Actor.*

Villæ

Villæ N. Hæres, à Concurrentia trinarum Hæreditatum, & loco fundatæ Jurisdictionis, devenit progrediendo à plaga Occidentis Hyemalis ( vel etiam scribatur Occidentis æstivalis, prout est in re) ad Plagam Orientis æstivalis, medio tantum stadio ad Fluviolũ N. vocitatum, quem Fluviolum pro Limite naturali sumpsit, & eodem Fluviolo plus minus decem stadiis eundo, uti Limite naturali, devenit ad Summitatem stagni ad bona Villæ N. Hæreditatis Generosi NN. Citati, & per medium ejusdem stagni, Parietem sibi sumendo, adduxit Judicium ad Dimissorium Aquæ, vulgo upust, allegando, quod medietas ejusdem stagni ad Hæreditatem ejus Villæ N. ab antiquo spectabat, & ad præsens spectare debet, Quo in loco, Protestatus est Generosus N. Bonorum Villæ N. Hæres, contra Magnificum NN. respectu indebitæ usurpationis medietatis stagni sui ab antiquo Hæreditarii, ad Villam ejus N. pertinentis, & Divisione certa inter Fratres Antecedaneos Hæredes, de Data & Actu ejus in Bonis N. conscripta, Actisq; Castrẽsibus N Feria N. Anno N. roborata probantis, tum Ratione Demonstrationis Ductûs eodem Fluviolo, pro limite naturali sumpto, Quoniam utræq; Rippæ, ad Hæreditatem

ejus ſpectant. Reprotestante Magnifico Actore, contra præmiſſam Proteſtationem Partis Citatæ, quia ipſe in fundamento legis Poſitivæ, deficientibus Graniciebus, & Scopulis inter eaſdem Hæreditates, Limitem naturalem ſibi ſumpſit, & ulterius eodem torrente à Dimiſſario profluente, ad Orientem progrediendo, plus quam una parte Milliaris eundo, adduxit Judicium ad Scopulos Angulares, ſeu Aciales, non procul ab eodem Fluviolo, ferme uno ſtadio à Ripa ejuſdem, in loco elevatiori, per Judicium Succamerariale in Anno N. ex Mente Decreti Tribunalitii ſituatos & erectos eſſe ſat notabiles, ſummam rotunditatem & Circulum habentes, in quo loco, & circa eoſdem Scopulos Angulares, & Aciales, Ductum ſuum finivit & determinavit. Et ibidem perſonaliter Comparens Generoſus NN. Collateraliter Adcitatus, eandem Angularitatem & Acialitatem ejuſdem Magnifici NN. Parieti ſuo attingentem, & Bonis Citatæ Partis videlicet Villæ N. ut veram & legitimam eſſe Judicialiter agnovit.

*Ductus Partis Citatæ.* Finito & Determinato Ductu, circa eandem Angularitatem ſupra exaratam, ad Reviſionem Ductûs Partis Citatæ, Judicium ſe ſe contulit. Et imprimis

Pars

Parś Citata initium Ductûs ſumpſit, ab iiſdem Scopulis Angularibus, ubi Pars Actorea, determinavit Ductum ſuum, ab Oriente, verſus Occidentem, & omiſſo eodem Fluviolo, quem Pars Actorea, pro Limite Naturali eſſe allegavit, ad plagam eandem Occidentalem progrediendo, demonſtravit Judicio Monticulum, Scopulo ſimilem antiquum Centum paſſibus, ab Angularibus diſtantem, allegando eundem primum & verum eſſe Scopulum Parietalem, nonniſi pecoribus deſtructum, ſub ipſa Sylva Nart vocitata, extantem, contra quam Remonſtrationem Scopuli, Proteſtatus eſt Magnificus NN. allegando, non eſſe verum Scopulum, ſed Monticulum, à quo ulterius eadem Sylva Pinatica non adeo denſa Ductum ſuum verſus Orientem dirigendo, devenit ad viam ſtratã Publicam de Oppido N. ad Villam N. tendentem, allegando, eandem viam eſſe Granicialem, & eadem Parietaliter ſumpta, ulterius proficiſcendo, per Borram vario Arborum genere excretam, ferme medio milliari eundo, ſtetit penes locum lutoſum, *Biały Ług* vocitatum, & ibidem Concurrentiam trinarum Hæreditatum, allegando, Ductum ſuum finivit & determinavit, & in eo loco, perſonaliter Comparens,

Generosus NN. Bonorum Villæ N. Hæres Collateraliter Adcitatus, veram Concurrentiam trinarum Hæreditatum, unius sui Collateralis, & binarum Partium litigantium, esse agnovit, allegando, quod in hoc loco, non verò in eo, à quo Pars Actorea Ductum suum inchoavit, dissipati erant Scopuli, non per subditos Citatæ Partis, verum Magnifici Actoris. (Scribatur Protestatio de nullitate totius Ductûs, quam etiam contra Collateralem.)

Quibus finitis, & Judicialiter determinatis, Ductibus Partium utrarumq; Judicium ad meliorem informationem Judicii sui, & sufficientiorem Probationem Partium, Inquisitionem expediendam, per Testes Senes, fide dignos, nullo Crimine notatos, per Partes tam principaliter agentes, ratione totius Ductûs, quam Collateralem, respectu Angularitatis, & Concurrentiæ trinarum Hæreditatum, in loco per eundem Agnito, censet, decernendo quatenus Partes eædem, Inquisitionem prætactam, præviis porrigendis Interrogatoriis, & sibi ab invicem communicandis, expediant, idq; instantaneè, & additur Ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham, super Incorruptionem Testium, quod Juramentum, siquidem Partes tam

prin-

principaliter agentes, quam Collateralis, in facie Judicii ſui, Rothiſante ſibi Miniſteriali, ad Imaginem Crucifixi Domini, flexîs genibûs, Rotha ſolita Juramentum Corporale præſtiterunt, proinde ad expediendam eandem Judicium acceſſit, & Actum præſentem ad diem craſtinam Miniſteriali reclamare injunxit: Tandem die craſtina adveniente, videlicet Feria N. Anno præſenti, expeditis iiſdem Inquiſitionibus, Partibus in Cauſa præſenti directè reſpondere mandat. In directa reſponſione ad Lectionem Inquiſitionum per Partes omnes, tam principaliter agentes, quam Collateralem Generoſum NN. eductarum, Juramento comprobatarum, & in Judicio ſuo repoſitarum condeſcendit. Quibus lectis, & per omnes Circumſtantias perpenſis, & trutinatis. Reſolvendo ſuſpenſionem Angularitatis ſuperius factam. Licet quidem Pars Collateraliter Adcitata, Angularitatem ſeu Acialitatem, acſi in Concurrentia trinarum Hæreditatum, circa locum Lutoſum, *Biały Ług* vocitatum, & penes viam ſtratam de Oppido N. ad Villam N. tendentem, Judicialiter agnovit; Verùm quoniam Pars Citata ſimul & Actorea, eandem Angularitatem, & totum Ductum via eadem publica ſumptum, nul-

*Decretum Adjudicationis Ductus.*

lis

lis Documentis Authenticis, neq; Inquisitionibus, præsenti in Termino probat, proinde reprobato Ductu Totali Partis Citatæ, Jam verò probabiliori Magnifici NN. Actoris adinvento, eundem Fluviolum seu Torrentem, pro perpetuo Limite & Pariete, iisdē Hæreditatibus assignat, & ad sipationem Scopulorum Angularium in eo loco fundatæ Jurisdictionis Judicium accessit. Et eundem locum uti in Concurrentia trinarum Hæreditatum, prout ex Inquisitionibus luculenter patet, Angularitati præfigit & determinat. A quo Decreto, Moverunt tam Pars Originaliter Citata, quam Collateralis Generosus N. ad Judicia Tribunalitia Regni Petricoviensia. Non admissa, Protestatur Pars de Gravamine, Judicium cum Parte Reprotestatur, quod nullum Gravamen intulit, postquam interpositam motionem & non admissam ad erectionem eorundem Scopulorum sese contulit, & imprimis sipavit primum Scopulum Angularem Hæreditati Villæ N. Magnifici Actoris; ad Partem Meridionalem, alterum Parti Citatæ & Bonis ejus Villæ N. ad Septemtrionem, Tertium ad Occidentem, Hæreditati Villæ N. Generosi N. Collaterali, & ab eisdem, in Ripa ejusdem Fluvioli, seu Torrentis, sipatus est

So-

Scopulus; Primus Parietalis, mediô, Stadiô ab Angularibus distans, in quibus Scopulis tam Angularibus, quam Parietali, imposita sunt signa Granicialia, utpote Carbones, Lateres, & Dimotcorium Ferreum, ac Particulæ Vitri, à Quo Scopulo Parietali, eodem Fluviolo seu Torrente, protenditur Paries per medium Stagni, & Dimissorium aquæ, vulgo *Upust*, (Cum ea Declaratione Judiciali, quod Medietas Piscium circa quamvis Dimissionem aquæ concernere debebit perpetuis Temporibus Magnificum NN. seu ejus Succedaneos Hæredes præfatæ Villæ, medietas autem expensarum pro Reparatione ejusdem Stagni quotannis, ad eundem spectare debebit) usq; ad Scopulos Aciales, seu Angulares Hæreditatum NN. quos renovare & in altum erigere Judicium demandavit cum impositione Signorum metalium, in quemlibet Scopulum, prout in Priores imposuit, quibus erectis, & renovatis Scopulis Angularibus, & Acialibus. Judicium Succamerariale Parti Ductum lucranti, adhærendo Statuto Regni, Juramentum præstare cum Sex Testibus, Genere sibi similibus demandat, idq; instantanceè, & additur Ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham, Movit Pars Citata, ad Judicia Tri-

bunalitia Regni Petricoviensia, Non admissa, ex eā ratione, quod finalis præcommissa est disjudicatio Causæ præsentis, præcisa quavis appellatione, per Decretum Tribunalitium; Quod Juramentum Magnificus NN. Actor, unà cum Sex Testibus, Genere sibi similibus, videlicet Genorosis NN. flexîs ad Imaginem Crucifixi JESU Christi Domini genibûs, Testes verò erectîs in Cœlum duobûs digitîs. Juramentum Corporale in ultimo Scopulo suo Aciali, Rothisante sibi Ministeriali, in facie Judicii sui, non attentante Parte, imo temere recedente, præstitit, proinde iisdē Graniciebus robur perpetuæ firmitatis habere debere declarat, Quas nemo violare, aut annihilare audeat, sub poena duorum millium Marcarum, per Judicium competens, ex nunc decernenda. Decreti præsentis vigore.

Finito & determinato actu Granicierum, inter Partes suprascriptas, per Officia Succamerarialia, Siradiense, & Lanciciense, Officia Castrensia infrascripta, Radomiense, & Opocznense, per partes conducta, die hodierna, videlicet: Feria N. Anno præsenti, reassumpta Jurisdictione sua Officiosa, & per Ministerialem Regni Generalem providum NN. præsentibus

Gene-

Generosis NN. proclamata, ad Executionem Decreti Tribunalitii, de Actu superius exarato, procedere voluerunt. Verum quoniam Partes utræq; videlicet Magnificus NN. & Generosus NN. sistendo ulteriorem Juris Gradum, ratione variarum prætensionum, & violentiarum, ex Controverso Fundo pullulantium, victi Amicorum suorum persvasione, reconciliando sibi vicinam amicitiam, inter se composuerunt, proinde approbata eadem Complanatione, prætensiones prætensionibus, violentias violentiis compensandas censet, Protestationes, Manifestationes, ac totum & integrum Processum, tollit, cassat & annihilat, nihilq; Bonæ famæ, ac integerrimo honori Partibus utrisq; nocere debere declarat, Decreti præsentis vigore.

Si verò Partes Complanationem non iniverint, tunc Officia Castrensia proventus ex fundis indebite possessis, & dislimitatis, ac prætensiones omnes liquidabunt, gognoscent, Compensationem & Restitutionem eorundem Cui à Quo competierit, demandabunt, & respectu perpetratarum Violentiarum, pœnas pro qualitate facti irrogabunt, & finaliter præcisa Appellatione decident.

*Decretum ex vi Inscriptionis Compromissi arbitrale, per Serias Controversias prolatum,*

ACtum in Campo, in loco Differentiarum penes viam publicam de Oppido N. ad Villam N. tendentem, circa duos Scopulos Angulares, notabiles, in concurrentia trinarum Hereditatum, & Parietum, unius Villæ N. Generosi NN. alterius Villæ N. Generosi NN. Partium inter se originaliter agentium, & Tertii Villæ N. Generosi N. Feria N. post Festum N. proxima, Anno Domini NN.

Coram Magnifico NN. Succamerario Palatinatus N. ad hunc Actum inscripto Superarbitro, tum Generosis NN. ex Parte Actorea, Generosis verò NN. ex Parte Generosi N. Citati, à partibus inscriptis Arbitris, (per tres ad minimum debent inscribere Partes Arbitros, quisq; pro sua Parte, ad dignoscendas Granicies, Si verò alium, non Succamerarium pro super Arbitro eligent, tunc inter Arbitros debet esse Camerarius Granicialis, sine cujus præsentia Actus Granicialis Limitum terminari non potest ) vigore Inscriptionis Compromissorialis, de actu ejus Feria N. Anno N. qua Inscriptione, concessa & data po-

testa-

testate Magnifico super Arbitro, unà cum Generosis Arbitris, Causam respectu Granicierum ad Judicium Tribunalitium Regni mutuo sibi & ab invicem intentatam, recedendo, à quibusvis Terminis & foro Tribunalicio disjudicandi, & finaliter decidendi, Documenta quævis, ac Decreta, ea in Causa prolata cognoscendi, Ductum probabiliorem, cuinam competierit, adjudicandi, Scopulos erigendi, antiquos renovandi, & Juramentum Parti Ductum Lucranti, in ultimo Scopulo injungendi, & attentandi, prætensiones fundi cognoscendi, & finaliter præcisa quavis Appellatione, & prorogatione, Partes disjudicandi. Quo in Termino vigore præinsertæ Inscriptionis Compromissorialis, Magnificus N. Succamerarius, N. unà cum Generosis supra fatis Arbitris, per tres à qualibet Parte locatis, ad locum controversum condescendendo, Jurisdictionem suam cum securitate Actus præsentis, in præsentia Generosorum ac Nobilium NN.[a] & aliorum diversi status & Conditionis hominum, ad hunc Actum congregatorum, fundavit, & eandem Ministeriali Regni Generali provido NN. proclamare demandavit, & partes ad sui comparendum, acclamare fecit. Quo in Termino personali-

ter Comparentes, Generosi NN. per literas Innotescentiales, Magnifici Succamerarii uti Super Arbitri, (si Collaterales non intrant, in Inscriptionem Compromissorialem, tunc magis adcitentur, ad Instantiam Partium Litigantium Nomine Regio, ad attentandam eandem Dislimitationem, & demonstrationem Parietis, seu Angularitatis, in concurrentia trinarum vel quadrinarum Hæreditatum, ) Adcitati eandem Angularitatem, agnoverunt veram & legitimam esse, & unus eorum Generosus NN Collateralis sipare sibi seu Hæreditati suæ, eo in loco tertii Scopuli Acialis ad præsens non extantis, ex ratione Retrusionis ab eo loco, in anteacto Termino, circa sipationem duorum Angularium per Antecedaneos Hæredes Villæ ejusdem, Officii Succamerarialis expetiit. Tandem suspensa tantisper sipatione ejusdem Acialis Scopuli, Partibus Comparitionem inscribere mandat. Et quidem Actorea Generoso NN, personaliter, Citata verò simul & Actorea, Generoso N, Bonorum Villæ N. Hærede itidem personaliter, Generosis NN. Collateraliter Adcitatis, itidem personaliter comparentibus, & secum Judicialiter controvertentibus, Controversiis exauditis, suspensa Resolutione Angulari-

tatis

tatis seu acialitatis, ad Revisionem Ductuum Partium utrarumq; Judicium accessit, Et imprimis Pars originaliter Actorea incepit Ductum suum ab eadem Angularitate, & loco fundatæ Jurisdictionis, & ab iisdem duobus Scopulis, ab Oriente versus Occidentem, Rectilinio, (scribatur ulterior Ductus juxta formam superius descriptam, circa aliam Dislimitationem, conformiter exarata, ex re oculis subjecta quid in ductu reperietur, quibus locis, usq; ad aliam Angularitatem seu, acialitatem. Similiter & Partis Citatæ) Quibus revisis Ductibus Partium utrarumq; ad sufficientiorem Probationem necessariam esse Inquisitionem adinvenit (plura scribantur ex Antecedaneo Actu ad hunc locum) Quibus lectis, & per omnes Circumstantias matura Deliberatione Judicii sui perpensis, & trutinatis, ac Documentis Partium revisis, nulli parti favendo, solum DEUM & Justitiam præ oculis habendo. Reprobatîs Ductibûs Partium utrarumq; uti Summam obliquitatem, in se continentibus,, nec Documentis Literatoriis firmantibus, nec Scopulis, vel signis in Ductu Granicialibus realibus probatis, eundem Partibus ex re oculis subjecta, Ductum ex Arbitrio Judicii sui, (ne Perjuria fiant) di-

rigit,

rigit, & ad Sipationem Scopulorum Angularium, seu Renovationem Binorum; Tertii verò noviter erectionem, ad affectationem Partis Collateralis Judicium processit (Scribatur, ex Superiori Actu circumscriptio sipatorum Scopulorum, sine tamen Comprobatione, siquidem nulla Pars Ductum Lucrata est.)

*Decretum inter Bona ab ævo indislimitata, per Serias Controversias.*

ACtum in Borra in loco Differentiarum. circa Scopulum Parietalem Hæreditatis Villæ N, Generosi NN. & Bona Villarum N. Generosi NN. Actoris tum Villæ N. Generosi NN. Citati Hæreditariarum, parietaliter utrarumq; Villarum attingentium, ab Ævo unius Hæreditatis & Dominii existentium, in medio ferme Pariete sipatum, Feria N. Anno N.

Coram Generosis NN. Siradiensi, NN. Lanciciensi, Camerariis Granicialibus, vigore Decreti Tribunalitii Regni Petricoviensis, Feria N. Anno N. inter Partes infra scriptas, in ordine Dislimitationis Bonorum ab Ævo indislimitatorum, prolati, quo mediante &c. (Scribantur ex Antecedentibus Actibus in Accessoriis Protestationes, si intercedent Comparitionem,

nem. Reviſionem Ductuum ad hunc locum) Quibûs lectîs, & per omnes circumſtantias perpenſis, & trutinatis, quoniam Judicio ſuo probatum eſt Bona ſupraſcripta Villæ N. & Villam N. ab ævo unius Dominii, & Hæreditatis, indislimitata extaſſe, jam verò per diſpoſitiones Terreſtres, ſeu Reſignationes, in diſtinctas Manus & Perſonas, per Antecedaneum Hæredem, diſpoſitas eſſe, proinde Judicium reprobatis Ductibûs Partium utrarumq; imo eiſdem abjudicatis, ex re oculis ſubjecta, ſecundum Conſcientiam ſui, præcluſo Juramento Partibus, ne perjuria fiant, ex arbitrio ſui Ductum ſuũ dirigit, & omiſſo eodem Scopulô Parietali, in loco ſundatæ Jurisdictionis demonſtrato, ad tertium in ordine Scopulum, in eodem Pariete extantem, verſus Orientem eundo, Judicium ſeſe contulit, & circa eundem Scopulum tertium, conſtituendæ Angularitati locum aſſignat, non tranſcendendo in minimo Parietem eundem, versùs Villã Collateralis Adcitati, & ibidem in eo loco ſipavit duos Scopulos Angulares, & in altum erexit, cum impoſitis in eoſdem ſignis Metalicis videlicet: Carbonibus, Latere, & Dimoſcorio ferreo, Tertius verò idem Parietalis, Hæreditatis Villæ N. quoniam Ge-

nerosus N. præfatæ Villæ N. Hæres, personaliter Comparens, Renovationem sui Scopuli non affectavit, proinde sine Renovatione, est relictus, à quibus Scopulis, quantò rectiùs procedendo, versùs Meridiem, margine Stagni N. vocitati, & ad Hæreditatem Villæ N. relicti, sipatus est Scopulus primus parietalis, in ulteriori tractu Ductûs, sipatus est Scopulus itidem Parietalis, in Confinio Aggeris ejusdem Stagni ex opposito Molendini in eodem Stagno extructi, à secundo in æquali distantia centum passibûs distans, & ab eodem ulteriùs progrediendo, devenit ad fluviolum ex eodem stagno, per Dimissorium Aquæ profluentem, in Ripa cujus Fluvioli, in loco elevatiori, sipatus est Scopulus in numero tertius Parietalis, in quem imposita sunt signa metalia, Carbones, & Dimoscorium Ferreum, prout in primo, & secundo Scopulo Parietali, quo fluviolo, à tertio Scopulo eundo, versùs Meridiem, & eundem pro Gránicie & Pariete, uti Limitem naturalem iisdem Hæreditatibus assignando, deventum est, ad alterum Parietem, vicinæ Hæreditatis, & ibidem circa Scopulum Parietalem in numero nonum, in eodem Pariete ab Oriente Solis, ab Angularibus ejusdem Parietis situatum, non tran-

scen-

ſcendendo eundem, Judicium Ductum determinavit, & ibidem in præſentia ejuſdem Hæredis Villæ N. Generoſi NN. Collateraliter Adcitati, duos Scopulos Aciales, Hæreditatibus præfatis Villæ N. & aliæ N. erigere demandavit, In quo ſigna metalia, Carbones, Lateres, & Dimoſcorium ferreum obſignavit, & finaliter Ductum iisdem Partibus determinavit. Quibus Graniciebus robur perpetuæ firmitatis habere vult, & declarat, cum ea Judiciali declaratione, quidquid à Parte dextra Fundorum, agrorum, Pratorum, Sylvarum, versùs Occidentem ſit, id totum ad Hæreditatem & Villam N. Jam verò quidquid à Parte ſiniſtra ſit, id totum ad Hæreditatem Villæ ſpectare debere declarat. Paſcua verò libera & communia, utræq; Partes in Sylvis, & Fundis ſterilibus, citra tamen damnum in campis conſeminatis, & pratis, prout antiquitus erant, habebunt perpetuis temporibus. Prætenſiones verò quaſvis & injurias per Partes ſibi ab invicem cauſatas, ex ratione Fundi controverſi pullulantes, cùm nihil per ullam Partẽ temerè factum eſt, ſed omnia prætextu & prætenſione proprietatis Fundi acceſſerunt, eaſdem prætenſiones prætenſionibus compenſandas arbitratur. Proteſtatio-

nes, Manifestationes, ab utraq; Parte ad diem hodiernam intercedentes, tollit, cassat & annihilat. Decreti præsentis vigore.

*Decretum per Serias Controversias inter Bona Ecclesiastica & Terrestria.*

ACtum in loco Campestri Differentiarum, inter Bona Villæ N. ad Ecclesiam Parochialem antiquitùs spectantis, & Bona Villæ N. Generosi N. Hæreditariæ, in Borra N. vocitata, circa tres Scopulos Angulares binos præfatarum Hæreditatum, & tertium Generosi N. Collateralitèr Adcitati, in Concurrentia trinarum Hæreditatum earundẽ situatos, sat notabiles, Feria Secunda post Dominicam N. Anno Domini NN.

Coram Generoso NN. Camerario Graniciali, Palatinatûs Siradiensis, Districtûs verò Petricoviensis, vigore Remissionis Causæ Granicierum, à Judicio Terrestri Siradiensi, tum vigore Literarum Innotescentialium à Magnifico Succamerario Palatinatûs Siradiensis, tàm Parti Citatæ, quàm Collateralibus emanatarum cum præfixione Termini pro Die hodierna in Actu contenta, recte cadenti, quarum Literarum Innotescentialium tenor sequitur, estq; talis:

NN.

NN. Succamerarius Palatinatus Siradienſis &c. ( Inſeratur Relatio earundem Literarum ex Actis deprompta, tam contra Partem Citatam, quam Collaterales recognita ) Quo in Termino hodierno Officium Succamerariale inferius ſubſcriptum Juriſdictionem ſuam Officioſam, præſentibus Generoſis & Nobilibus NN. & aliis diverſi Status & Conditionis hominibus, ad hunc Actum congregatis, fundavit, & eandem Miniſteriali Regni Generali Provido NN. de Villa N. Authentico & Jurato, cum Securitate Actus præſentis proclamare & publicare demandavit, Parteſq; ad ſui comparendum acclamare fecit, Quibûs Comparentibus & quidèm Actoreà, Admodum Reverendo NN. Plebano Eccleſiæ Parochialis N. cum conſenſu Celſiſſimi Principis Archi-Epiſcopi Gneſnenſis Primatis Regni, uti Loci Ordinarii ad dislimitanda eadem Bona Villæ N. ad Eccleſiam ſpectātia, dato perſonalitèr, & Generoſo NN. Bonorum Villæ N. Hærede itidèm perſonaliter, Generoſis NN. Collateraliter Adcitatis, itidem perſonaliter, ( Si quis ex Collateralibus inferet Proteſtationem, ſcribatur, eo loco ante Comparitionem poſt fundatam Juriſdictionem ) Quibûs comparentibus, & ſecum Judicialiter

controvertentibus, Controverſiis earundem Partium exauditis, ſuſpenſa Reſolutione Angularitatis, ad Reviſionem Ductuûm per Partes utraſq; demonſtratorũ Judicium acceſſit. Et quidem primo inchoavit Ductum ſuum Admodum Reverendus Plebanus à loco fundatæ Juriſdictionis (Scribatur Ductus ſecundum poſitionem locorum & quid in eodem reperietur, quidquid Pars Ducens oſtenderit, an rectilinio vel obliquè proceſſerit, connotetur conformiter ad normam ſuperius connotati Ductus.) Et ſimiliter Partes Citatæ. Expeditis itaq; Ductibûs neceſſariam eſſe Inquiſitionem ad ſufficientiorem Probationem, per Partes utraſq; adinvenit &c. Scribatur ex Superiori Actu ad eum Locum: Quibûs lectis, & per omnes Circumſtantias matura deliberatione ſui perpenſis & trutinatis, quandoquidem tam ex iiſdem Inquiſitionibus, quam & Documentis Literatoriis, per Admodum Reverendum Plebanum, in Judicio repoſitis, (Scribantur de Actu & Feria Documenta Partis, quibus evicit rem) probatum eſt, eundem Ductum, verum & legitimum eſſe, uti à Termino à quo, per Quẽ, & ad Quem, recto tramite Judicio demonſtratum, per Admodum Reverendum Plebanum direxiſſe, &

cun-

eundem finivisse, Jam verò Partem Citatam, uti non à Concurrentia trinarum Hæreditatum, incepisse, neq; ullis Scopulîs, videlicèt per Quem, demonstrasse, summa obliquitate Ductum suum direxisse, neque ad Terminum ad Quem determinasse, Proinde Judicium Succamerariale ponderatis ab utrinq; iisdem Ductibûs, probabiliori Ductu Admodum Reverendi Parochi N. adinvento, Jam verò Partis Citatæ reprobato, eidem Reverendo Plebano adjudicato, ad sipationem Scopulorum tam Angularium quam Parietalium, antiquorum verò Renovationem Judicium sese contulit. Et imprimìs in loco fundatæ Jurisdictionis renovavit Scopulum Angularem antiquum, Hæreditati Villæ N. ad Ecclesiam spectantis, & in altum exerit, alterum itidem renovavit, Hæreditati Villæ N. Partis Citatæ, Tertium Hæreditati Villæ N. Parti Collateraliter Adcitatæ, & eosdem omnes tres signis Metalicis, videlicet: Vitro, Carbonibus, Latere, & Dimoscorio Ferreo, obsignavit, à Quibus Scopulis Angularibus à Septemtrione versus Meridiem procedendo, sipatus est Scopulus Parietalis sexaginta passibûs ab Angularibus distans, (Ulterior sipatio Scopulorum conscribatur, tàm Parietalium, quàm alterius Angu-

lari-

laritatis, observentur Positiones locorum, & distantia Scopuli à Scopulo ) Quibûs omnibus sipatis tam Angularibus quam Parietalibus Scopulîs, Judicium decernit, quatenùs is idem Reverendus Plebanus, comprobet in eam Juramenti Rotham, adhærendo statuto Regni, in ultimo Scopulo cum sex Testibus Nobilibus, prout Ductu suo, nil Fundi & Terræ Villæ N. Præfati Citati hæreditariæ ademit, & suæ Villæ & Hæreditati Ecclesiasticæ appropriavit; Additur Ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham; & quoniam idem Admodum Reverendus Plebanus, satisfaciendo Decreto Judicii sui, Juramentum Corporale ad Imaginem Crucifixi Domini, observata Juramentorum Solennitate, unà cum sex Nobilibus Testibus NN. Rothâ superiùs descripta, in facie Judicii sui, attentante Parte, præstitit, proinde earundem Granicierum robur perpetuæ firmitatis habere vult, & declarat, quas Granicies nemo violare aut annihilare audeat, sub pœna duorum millium Marcarum Polonicalium per Judicium competens decernenda, Decreti præsentis vigore.

Hoc notandum, si Pars Citata, motionem interposuisset à præstando Juramento, debet esse admissa

uti

uti in primo Termino Condeſcenſionis, ex Decretō Judicii Terreſtris, primæ Inſtantiæ ad Judicium Tribunalis Regni, & fiat delineatio per Officium Succamerariale Mappæ, cum expreſſione vera & reali earundem Hæreditatum, ac Bonorum Collateralium & Ductuum Partium utrarumq; ac Scopulorum ſipatorum tam Angularium, quàm Parietalium, ut poſſit Judicium Tribunalitium cognoſcere, rectiorem & probabiliorem Ductum, & eandem ſubſcribere, cui dabitur fides, in eodem Judicio, ſi per juratam perſonam ſubſequetur ejuſdem Mappæ delineatio, hoc non tantùm incumbit Geometræ, ſed etiam eſt muneris Officii Succamerarialis, debent habere in hoc experientiam.

*Granicies, inter Bona Terreſtria, de mutuo Partium conſenſu, vigore Complanationis amicabilis factæ.*

ACtum in loco Campeſtri Differentiarum, inter Bona Villæ N. Generoſi NN. & Bona Villæ N. Generoſi NN. Hæreditariæ, circa tres Scopulos Angulares bene notabiles, in Borra N. vocitata, in Concurrentia trinarum Hæreditatum, & tertium Hæreditatis Villæ N. Generoſi NN. Collateralis itidem Hæreditariæ, Fe-

ria secunda post Festum NN. Anno Domini N.

Coram Generoso NN. Camerario Graniciali, Palatinatus Siradiensis, Districtus Petricoviensis, vigore Complanationis certæ, de data ejus die N. Anno N. inter Partes in Actu contentas, in ordine Dislimitationis præfatorum Bonorum conscriptæ & confectæ, manibus Complanantium, tum Collateralium subscriptæ, cujus Complanationis Tenor sequitur, estque talis: Jako żadna rzecz nie może bydź trwalsza, y doskonalsza, iak takowa, która z własney człowieka pochodzi woli, więc My niżey ná podpisie wyráženi, uchodząc wielkich, y nieznośnych kosztów y expens prawnych, które w podobnych spráwách zawzięte ná siebie strony ponosić zwykły, y práwie jeden drugiego do ostátniey przyprowadza fortuny ruiny, przez kilkonasto-letnią o Gránice kłótnią, takową między sobą Duktu y ściany, między Dziedzinámi naszemi y Wsiami od Narożników do Narożników uczyniliśmy Plantę, (*Opisać należy explicite, iakiemi mieyscami idzie Dukt, sobie przyznany, chociaż y nie Rectilinio, bo w takowych Granicach rzadko observatur.*) do którego Rozgraniczenia uprosić sobie powinniśmy y usypania Kopcow

pców IMC Pana Komornika Woiewodztwa naſzego, y onego ſprowadzić na mieyſce opiſane, naydaley za Niedziel cztery, które to Granice Kopcami przez IMC Pana Komornika oznaczone wiecznie z Sukceſſorami naſzemi, trzymać y dotrzymać obliguiemy ſię y powinni będziemy; pod zakładem dwóch Tyſięcy Grzywien, in caſu Kontrawencyi Forum Ziemſtwa Sieradzkiego, lub Trybunału Koronnego do odpowiadania naznaczamy, y na to ſię przy zwykłych Pieczęciach naſzych rękami własnemi podpiſuiemy, Datum N. Anno N.

Quo in Termino vigore præinſertæ Complanationis ad Affectationem, & Officioſam Requiſitionem, Partium Complanātiū ad locum Controversū condeſcēdit, ibidemq; fundata Jurisdictione ſua, & per Miniſterialē in præſentia tam Partiū principaliter agentium, quam Collateralium, & aliorum diverſi ſtatûs, & conditionis hominum, ad hunc Actum congregatorum, virtute Complanationis præinſertæ, ad ſipationem Scopulorum, Officium acceſſit. Et in primis Scopulos Angulares renovare fecit, cum impoſitione ſignorum Metalicorum, Carbonum, Laterum, & Dimoſcorii ferrei, à quibus Scopulis ab Occaſu verſus

ſus Orientem procedendo, ſipatus eſt Scopulus, Parietalis, in loco dicto N. in numero primus &c. ( & ſic conſequenter deſcribatur ſipatio eorundem Scopulorum, poteſt etiam circumſcribi Ductus idiomate Polonico. )

Quibûs ſipatîs, Scopulîs, tam Angularibus, quam Parietalibus, & determinatis Graniciebus, Authoritate Officii ſui, robur perpetuæ firmitatis habere vult, & declarat, & eaſdem præfato Miniſteriali ſupraſcripto proclamare injunxit, ſi quis ex Collateralibus velit contradicere eiſdem Graniciebus, nunc contradicat; quas Granicies Partes omnes tenere & obſervare debebunt, ſub pœna duorum millium Marcarum. Actûs præſentis vigore.

# PRÆMONITIO

## *Ad Lectorem, Litem Excitantem.*

UNiverſis & ſingulis litigantibus, ex ſinceritate cordis opto, ut ſimili Methodo, breviori via amicabili, & Complanationis, velint procedere, & differentias Granicierum inter ſe ſopire, evitando immenſas litis expenſas, ſubjectiones tam in Judiciis Tri-

is Tribunalis Regni, quàm in Termino Condeſcenſionis, per longam annorum ſeriem, quia poteſt dici, quod Cauſà Granicialis,(& maxime inter potentes) eſt immortalis.

Qui habet animum dislimitandi Bona & Hæreditatē ſuam cum vicina Hæreditate, prius diſcat eſſe domi, qualis debeat eſſe foris ante litis conteſtationem: Et quia nemo in ſua Cauſa Judex, conſulat Juriſperitos Cauſæ Granicialis, & conſummatîs Virîs, Documenta revideat, & maturè ac diligenter eadem trutinet, ſi quadrent cum ſitu & poſitione locorum in Ductu, quem ſibi uſurpare vult. Relationi & Allegationi ſubditorum minimè confidat, quia ſæpiſſime fallunt, ſed oculis ſuis & documentis magis credendum, quia ſubditorum allegatio, eſt adulatoria & ſervilis, quæ ſeducit, & incitat ad litem aliter placendo Domino ſuo privatim allegant, aliter in Judicio, circa Inquiſitionem demonſtrant, vel ignoranter teſtimonia perhibent, & exinde perjuria cum offenſa Divinæ Majeſtatis fiunt: Multos novi, qui fundati in allegatione ſubditorum, non conſiderate, bene rei gerendæ Cauſam amiſerunt; & ſi nonnulli ſorte ceſsà Ductum lucrati, ſubſtantià tamen

exuti, Creditoribus Hæreditatem ſuam porrigendo, Succeſſoribus verò ſuis ſcrinia Documentorum, lapſæ fortunæ, & defunctæ pecuniæ relinquendo, perierunt.

Arripere ſibi menſuram expenſarum, & fructum rei lucrandæ, belli & juris dubius eventus, initia eorum ſemper ſunt læta, progreſſu dura, eventu dubia, & quiſq; bellator in fine perdit, qui à fine non incipit.

Et hoc adverte, quod ſi Tu, vi & potentiâ ſui, Vicino ab Ortu rapies, Collateralis Tibi ab Occaſu poteſt eripere.

Et maxime vitanda ſint, etiamſi juſta Juramenta, & gravis Rotha ejus Statuto deſcripta, valde pretioſa eſt particula fundi, Juramentô evicta, & lucrata; Nemini ſvadeo, tam caro emere, melius ſine diſcrimine conſcientiæ, viâ breviori amicitiæ rem concludere.

Incitat etiam varios, & maxime Magnates punctū honoris ad litem, utuntur omnibûs mediîs per punctum honoris lucrari negotium & Judicatum favorabile: Si juſte ſuccedat eis, feliciter, ſi injuſte lucrabitur, onerat graviter conſcientiam ſui, & tenetur ad reſtitutionem in Foro Conſcientiæ.

Con-

Conſideres ergo Lector, has reflexiones, & obſerva, ſi vis quiete vivere, quod tibi tutâ conſcientiâ opto, visîs tot exemplîs in variis perſonis practicatîs.

## DE COMMISSIONIBUS,

### *Seu Fundorum Terreſtriũ cum Bonis Regalibus.*

ANtequam Norma, & Idæa Actus Commiſſorialis, ratione Granicierum inter Bona Sacræ Regiæ Majeſtatis ab una, & Terreſtria Nobilium Hæreditaria, ab altera Parte erectorum, erigendorumvè exponatur, Differentia imprimis, quantùm videlicet Commiſſiones, à Diſterminio, ſive Diſlimitatione Bonorum ab utrinq; Terreſtrium, ſupra explicato diſtēt, conſideranda, quæ ex inferius annotatis facile colligi poteſt.

Et imprimis quod ad Actum futurum Commiſſorialem, Remiſſio Judicii Terreſtris ad Campum, quæ in Proceſſu ſupra exarato, inter Bona ab utrinq; Terreſtria, pro fundamento eſt poſita, non ſit neceſſaria, imo verò loco Remiſſionis ipſa ſola à Sacra Regia Majeſtate, ex Cancellaria Regni, ſuper perſonas certas præcipuas, binas, Ordinis Dignitarii, binas Offi-

ciali-

*Commissarii Quinq; adsint cũ Succamerario* cialium Terrestrium, quintam Succamerarii, sive Camerarii cujuscunq; Palatinatûs vel Terræ, qui facilius conduci poterint, (qui propter absentiam unius, duorumvè, plures poni solent ) Impetranda in ordine Dislimitationis Bonorum & sipationis Scopulorum Commissio, seu Instrumentum Commissionis, quod potest emanare etiam, extra fines Regni, unà cum mandato, Tenutariis Bonorum Regaliũ, & Collateralibus.

*Innotescentiales, & Mandatũ 2bus 7manis ante Terminũ præcedere debent.* Et subinde, loco Adcitationis, Innotescentiales Literæ Dominorum Commissariorum, quam Collaterales, pro certo præfixo Termino, & loco per Ministerialem & duos Nobiles, duabus ante Terminum Septimanis, unà cum Mandatis Regiis extradendæ, & deferendæ, quarum positarum relationem idem Ministerialis recognoscere debet coram Actis proprii Districtûs, Ipseq; Actus Commissarialis, infra unius Anni & sex Septimanarum spatium finiri debet.

Deinde quod in Judicio & Actu Commissoriali, virtute legis & Constitutionis Regni, in hoc libro contentarum nulla concedatur dilatio, eo, quod sit unius temporis Actus, præterquam, si una die perfici non possit negotium, in sequentem immediatum diem transferri, & postridie continuari & exequi poterit.

Ad

Ad hæc nulla datur ab eo Judicio Commiſſoriali, ejusq; Decreto ad ſuperius quodvis Regni Subſellium appellatio, eò, quod ſit Judicium abſolutum, abſolutamq; judicandi, Bonaq; à Regiis diſtingvendi, vigore legum Regni, (Conſcientia tantùm ſua ad id obligata & onerata) habet facultatem, & poteſtatem. *In Actu Cōmiſſionis nulla datur appellatio.*

Porro quò ad Figuram Judicii hujus attinet, quod ſuper Actoratum & lucratum Ductum, non Tenutarius Bonorum Regalium, verùm Coloni eorundem Bonorum ſeu ſubditi villani, ſuper veram & juſtam Ductionem & erectionem Scopulorum, in ipſa determinatione Granicierum, videlicet ſex ſubditi ex communitate, juramentô comprobare tenentur lucratum Ductum, Rotha ſtatuto Regni deſcripta. *Subditi Regales tenentur comprobare Scōpulos nō vero Tenutarius.*

Si verò Hæres Bonorum Terreſtrium lucrabitur Ductum, tunc non ſubditi ejus, verum ipſemet Nobilis cum ſex teſtibus genere ſibi ſimilibus, Rotha Statutô Regni deſcripta comprobare lucratum Ductum tenebitur.

Præterea quandò Partes utræq; deficiunt in probationibus Literatoriis, & ſignis granicialibus viſibilibus, aut tantùm dubiis extantibus, tunc in tali caſu reprobatîs Ductibûs Partium utrarumq; Judicium *Cōmiſſarii in defectu Granicierū limites facient.*

 Com-

Commissoriale, ex re oculis subjecta, & moderamine Judicii sui Granicies præfatas præcluso Juramento Partium, ex æquo, & justo determinabit.

*Prosecutoriales contra Actum Comissionis vanæ & irritæ.* Insuper Citationes quævis, & adcitationes ad quodcunq; Judicium Regni, tam ratione non admissæ Motionis, seu Appellationis, tam in Accessoriis, quam definitiva sententia, vel ad tollendum, sive relevandum Actum Commissorialem, quocunq; Juris prætextu, & ratione emanatæ, vanæ & irritæ sunt, quando Actus Commissorialis in pleno completo, solita forma Juris & præviis omnibus solennitatibus, ad id necessariis, determinatus est.

Cæterum pœna, ratione disjectionis Scopulorum, per Commissarios sipatorum, longe major, quàm Terrestrium, cum restauratione, per totidem Commissarios, & Officium Succamerariale, à Sacra Regia Majestate designatos, sumptu Tenutarii Bonorum Regalium.

*Inter Bona Regalia, & Terrestria nõ datur Cõplanatio.* Ad extremum quod Differentiæ, occasione Granicierum, & Limitum, inter Bona ab utraq; Parte Terrestria, per Amicabilem Compositionẽ, terminari & complanari possint, secus inter Bona Regalia, & Terrestria eâdem methodô, & viâ Amicabili concludi & ter-

terminari non possunt, ex ea ratione, quod sint bona Reipublicæ, quæ sine consensu omnium Ordinum Regni alienari, ita & in parte quavis minui, avelli, detrimentumq; pati, non possunt.

*Decretum Commissoriale, ex feriis Partium Controversiis, per Moderamen Judicii prolatum.*

ACtum in loco Campestri Differentiarũ, inter Bona Villæ N. Generosi NN. Hæreditaria ex una, & Bona Sacræ Regiæ Majestatis Villæ N. ad Capitaneatum N. spectantis, Tenutæ ad præsens Magnifici NN. ex altera, Partibus, circa viam publicam, de Oppido N. ad Villam N. tendentem, & circa tres Scopulos Aciales, seu Angulares, unum Bonorum præfatorum Villæ N. alterum verò Bonorum Villæ N. Sacræ Regiæ Majestatis, & tertium Villæ N. Generosi NN. Collateraliter Adcitati, Hæreditariæ, in confinio Borræ, in loco dicto N. situatos Feria Secunda post Festum NN. proxima, Anno Domini NN.

Coram Illustri & Magnifico NN. Castellano N. tum Magnificis NN. Succamerario Palatinatus N. ( intitulentur alii plures Commissarii propriîs Titulîs, qui se

ſubſcripſerant ſuper Innoteſcentiales Partium ) Commiſſariis à Sacra Regia Majeſtate ad decidendas, finaliterq; concludendas & determinandas Differentias occaſione Limitum, inter Bona ſuperiùs deſcripta, deſignatis, & Deputatis, vigore Literarum Commiſſionis ſub titulo Sacræ Regiæ Majeſtatis emanatæ, Sigillô Majoris vel Minoris Cancellariæ Regni, communitæ, ſanæ, ſalvæ, & illæſæ, omniq; ſuſpicionis nota carentes, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur eſtq; talis: AUGUSTUS Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolenſciæ, Severiæ, necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps & Elector.

*Inſtrumentum Cōmiſſionis S. R. M.*

Magnificis & Generoſis NN. NN. ſincer & fideliter Nobis dilectis, Gratiam noſtram Regiam. Magnifici & Generoſi ſincere & fideliter nobis dilecti: intelleximus exortas eſſe Differentias occaſione Limitum, inter Bona noſtra Regalia Oppidi videlicet N. Villarumq; eo pertinentium Tenutæ Magnifici NN. Palatini N. NN. Capitanei Noſtri ab una, & Bona Villæ N. Generoſi NN. Hæreditaria Partibus ab altera. Quod quidem negotium Nos componi, & com-

pla-

planari cupientes, ſinceritatibus & fidelitatibus Veſtris, quarum fides & integritas ac in rebus peragendis dexteritas nobis commendata & perſpecta eſt, committendum eſſe duximus, prout præſentibus committimus. Injungentes, ac mandantes eiſdem, ut communicatô Conſiliô, de tempore, & die ad id idoneo, ac inter ſe conſtituto, vocatîſq; ad ſui præſentiam literîs Innoteſcentiæ ſuæ Partibûs, quarum intereſt, in locum Differentiarum conveniant, ibiq; intellectîs & auditîs earumdem Partium Propoſitionibus, & reſponſis, receptôq; ſenum fide dignorum ſufficienti teſtimoniô, mediante ipſorum, ſi opus fuerit, corporali Juramento, ac re ipſa oculis ſubjecta, poſitioneq; ac veritate illius ad plenum cognita & perſpecta, neutri Partium favendo, ſed ſolum DEUM & Juſtitiam ejus præ oculis habendo, dicta Bona diſlimitent, & diſtingvant, ſcopuliſq; & signis metalicis, circa talia fieri ſolitis, illa conſignent; diligenter tamen provideant, ne hac Diſlimitatione bona noſtra Regalia aliquomodo imminuantur. In quo Conſcientias ſinceritatum & fidelitatum Veſtrarum oneramus. Quidquid verò in eo negotio ſtatuerint, ac decreverint, id ratum & gratum habendo, à Partibus

dictis, inviolabiliter teneri, & obſervari, volumus. Abſentia unius, & plurium ſinceritatum & fidelitatũ Veſtrarum, modò ii & tot adſint, qui & quot de Jure adeſſe debent, non obſtante, *Datum &c.*

Quibûs quidem Commiſſionis Sacræ Regiæ Majeſtatis literîs perlectîs, in Termino itaq; hodierno, per Nos, ſeu Literas Innoteſcentiarum, uti Commiſſarios à Sacra Regia Majeſtate editas, Partibus aſſignato, fundata Juriſdictione ſua Commiſſoriali, & cum omni ſecuritate Actus præſentis, per miniſterialem Regni Generalem Providum de Villa N. Authenticum, & Juratum præſentibus Generoſis ac Nobilibus NN. ac aliis diverſi Statûs & Conditionis hominibus, ad hunc Actum congregatis, proclamata, quarum Literarum Innoteſcentialium Magnifico Capitaneo, ſeu Tenutario Bonorum Regalium Oppidi N. & Villarum eo pertinentium Tenutario, editarum Tenor ſequitur ejuſmodi: Nos NN. NN. Commiſſarii à Sacra Regia Majeſtate, ad infra ſcripta peragenda, aſſignati, & Deputati, Tibi Magnifico ſeu Generoſo NN. Bonorum Regalium N. Tenutario, vel Capitaneo Innoteſcimus; Oblatas eſſe nobis Literas Cõmiſſionis Sacræ Regiæ Majeſtatis, quibûs ſua Regia Ma-

*Innoteſcentiales M. Capitaneo à Commiſſaris.*

Majeſtas, nobis committere & mandare dignata eſt, quatenus Differentias occaſione Limitum inter Bona Regalia ſupraſcripta N. Tenutæ ad præſens Tuæ ex una; & Bona Villæ N. Generoſi NN. Hæreditaria ex altera, Partibus componamus, Scopuliſq; & ſignis Metalicis, & aliis circa talia fieri ſolitis, exceptô, primò à ſenibus fide dignis ſufficienti teſtimoniô, mediante ipſorum (ſi opus fuerit,) Corporali Juramento, diſtingvamus, conſignemus, dislimitemusq; literis Commiſſionis ipſius, de quibus, Tibi in Termino advenienti docebitur, de his in ſuo tenore latioribus. Quo circa Tibi & Communitati ſubditorum Villæ prætactæ N. vigore Regio, & noſtra, qua hac in parte fungimur Commiſſoriali Authoritate, mandamus, ut coram nobis Judicioq; Noſtro Commiſſoriali, communitas verò ſubditorum cum aſſiſtentia Tui, uti Tenutarii Feria N.poſt Feſtũ N.proximâ proxime vẽtura in loco Differentiarum præfatarum,ubi à Parte Actorea, locati & conſtituti fuerimus, ad Inſtantiam præfati Generoſi NN. Villæ N. Hæredis Actoris perſonaliter, legitimè, peremptorieq; compareatis, ſeu cõpareas, negotiumq; Dislimitationis Bonorum præfatorum Judicialiter attentes, & ſi quid de Jure com-
pe-

petierit, reſpondeas: certificando Te, quod ſi in Termino præfixo comparueris, ſive non, nos nihilominus ad ea, quæ nobis ex præſcripto legum incumbunt, procedemus. Contumacia Tui & ſubditorum Bonorum Regalium poſſeſſioni Tuæ ſubjectorum, & Contradictione non obſtante. Datum in locis Reſidentiarum Noſtrarum Feria N. proxima Anno Domini NN.

*Mandatum S. R. M. Capitaneo.* Literarum verò Mandati Sacræ Regiæ Majeſtatis eidem Magnifico Capitaneo dati, ſeries eſt talis: M. AUGUSTUS Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, Princeps & Elector.

Magnifico ſeu Generoſo Bonorum noſtrorum NN. Capitaneo, ſeu Tenutario, ſincere & fideliter nobis dilecto. Deſignavimus certos Commiſſarios Noſtros, ad faciendos & conſtituendos Limites, inter Bona noſtra Regalia Oppidi ſeu Villæ N. Tenutæ Fidelitatis Tuæ ab una, & Bona Villæ N. Generoſi ſeu Nobilis N. hæreditaria ex altera, Partibus: Quapropter requirimus fidelitatem Tuam, ut quam primùm literîs Inno-

notescentiæ per prædictos Commissarios Nostros vocata, in loco Differentiarum præfatarum coram illis compareat, Bonorum Dislimitationi intersit, & quidquid in eo negotio decreverint, firmiter teneat, & observet. Provideat tamen, ne Bonis nostris Regalibus aliquid Detrimenti ea Dislimitatione inferatur. Pro gratia Nostra. Datum &c. Cujus Mandati recognita relatio, positionis in Bonis N. coram Actis Castrensibus N. Feria N. Anno Domini NN. per Ministerialem Regni Generalem Providum NN. de Villa N. unà cum duobus Nobilibus NN.

Postmodùm emanatæ sunt literæ Innotescentiales, Magnificorum Commissariorum NN. contra Generosum N. Bonorum Villæ N. Hæredem Collateralem, quarum positarum Literarum, recognita Relatio per eundem Ministerialem, coram Actis Castrensibus N. simul cum mandato Sacræ Regiæ Majestatis, cujus tenor sequitur talis: Actum in Castro N. Feria N. Anno &c. (Scribatur ex Authentico extractu Relationis.) Nos &c. Commissarii per Sacram Regiam Majestatem ad infrascripta peragenda assignati, & Deputati. Tibi Generoso NN. Bonorum Villæ N. Hæredi Collaterali; Innotescimus, oblatas esse nobis literas

*Innotescentiales G. Collaterali.*

tas Commissionis Sacræ Regiæ Majestatis, quibus nobis committere, & mandare dignata est, quatenùs Differentias occasione Limitum, inter Bona Regalia N. Tenutæ Magnifici NN. Capitanei N. ab una, & Bona Villæ N. Generosi N. Actoris Hæreditaria. Partibus ab altera, componamus, distingvamus Scopulisq; & signîs Metalicîs circa talia fieri solitis, consignemus & dislimitemus, quoniam verò Bona Tua præfata, N. Bonis principaliter dislimitandis N. contigua esse feruntur: idcirco Tibi, vigore Regio & nostra Commissoriali Authoritate mandamus, ut coram nobis Judicioq; nostro Commissoriali Feria N. post Festum N. proximè ventura, in loco Differētiarum præfatarum, ubi per præfatam Partem Actoream locati, & constituti fuerimus, ad Instantiam suprascripti Hæredis N. Actoris personaliter & peremptoriè compareas; negotium hoc dislimitandorum Bonorum præfatorum, Judicialiter attentaturus, parietemq; Tuum à Bonis Tuis Hæreditariis Villæ N. & acialitatem, seu Angularitatem, in Concurrentia trinarum Hæreditatum existentem agniturus, & si quid de Jure competierit, responsurus, certificando Te, quod si in Termino præfixo comparueris, vel

ne,

ne, nos nihilominus ad ea, quæ nobis ex Officio Nostro, & præscripto Legum incumbunt, contra Te absentia, Cõtumacia & Contradictione Tua illegali non obstante procedemus. Datum in loco Residentiarũ Nostrarum Feria N. &c,

Similiter mandatum Sacræ Regiæ Majestatis eidem Citato Collaterali Villæ N. Hæredi in eum eventum dati Tenoris talis; AUGUSTUS Tertius &c. Scribatur Titulus Regius ex Superiori Actu.

Tibi Generoso NN. Bonorum Villæ N. Hæredi Fid: nobis Dilecto. Generose Fid.nobis Dilecte. Designavimus certos nostros Commissarios ad faciendos Limites inter Bona nostra Regalia Oppidi N. & Villarum eò pertinentium, Tenutæ ad præsens Magnifici seu Generosi NN. & N. nobilis NN. Hæreditaria ex altera Partibus. Quoniam verò Bona suprascripta N. Fid. Tuæ Hæreditaria, eisdem Bonis dislimitandis contigua adjacere dicuntur. Ideo Fid. Tuæ mandamus, ut quam primum literis Innotescentiæ per prædictos Commissarios nostros vocatus fueris in locum Differentiarum, coram illis compareas, Parietemq; Bonorum Tuorum attentes, & ubi agnoscendus erit, agnoscas: Quidquid autem in eo negotio

decreverint, firmiter inviolaterq; teneas, & observes: Pro Gratia nostra: Datum Varsaviæ &c. ( Hoc notandum, si plures sunt Collaterales, in altero confinio Parietis, similiter adcitentur per Innotescentiales & mandatum.)

Post quam Ingrossationem, Judicium Commissariale Partes ad sui comparendum, acclamare fecit, quibûs acclamatîs in eo loco, personaliter adveniens Generosus NN. Bonorum Villæ N. Hæres; non agnoscendo hic in eo loco veram concurrentiam trinarũ Hæreditatum, sed alibi, ubi se demonstraturum offert, & hi Scopuli, quos Pars Actorea sumit sibi pro Angularibus, non sunt veri Scopuli sed Monticuli, & eo Nomine, reproduxit coram suo Judicio Commissoriali, Granicies seu Actum Officiosum, ex Actis Succamerarialibus N. depromptum, de Actu ejus N. Anno N. ex quibus elicitur in alio loco Angularitatem, eu Acialitatem horum Bonorum extasse, & eo Nomine protestatus est contra eundem Generosum NN. Actorem, de indebita locatione Judicii sui, uti in proprio fundo ejus, nulli Controversiæ obnoxio, nonnisi in avulsionem fundi sui Protestantis Hæreditarii, procedendo. Reprotestatus est Generosus NN. Actor,

*Protestatur Collateralis non agnoscendo Actori in eo loco concurrentiam trinarũ Hæreditatũ & Angularitatum.*

*Reprotestatur Actor de-*

con-

contra Generosum N. de indebita ejus retrusione tam sui Actoris quam Judicii Commissorialis ex eo loco fundatæ Jurisdictionis, allegando, quod is Actus Granicialis, quem Pars Collateralis producit, minimè spectat ad hunc locum fundatæ Jurisdictionis, verùm ad aliam Angularitatem & Parietem ejusdem Villæ ejus Hæreditariæ, ratione cujus indebitæ remonstrationis solenniter protestatus est. Similiter protestatur Magnificus Capitaneus, non agnoscendo in eo loco fundatæ Jurisdictionis, veram esse Angularitatem, neq; Concurrentiam trinarum Hæreditatum præfatarum, sed alibi, ubi in Ductu suo demonstraturum se offert & declarat. Quibus connotatis Partium protestationibus, & Reprostationibus, iisdem Partibus, Comparitionem inscribere mandat, Et quidem Actorea Generoso NN. personaliter Magnifico NN. Capitaneo N. ac laboriosis NN. Advocato, totaq; Communitate Colonorum præfatæ Villæ Regalis, citatis, in assistentia Domini sui, personaliter, Generoso NN. Bonorum Villæ N. Collateralium Hærede itidem personaliter, suo coram Judicio comparentibus, & secum Judicialiter Controvertentibus, Judicium Commissoriale Sacræ Regiæ Majestatis, sufficienti Com-

*indebita retrusione.*

*Protestatur Capitaneus non agnoscēdo Angularitatē in loco fundatæ Jurisdictionis.*

*Comparitio.*

*In experimento suspensa decisione Angularitatis,* paritione adinventa, Partibus iisdem in Causa præsenti experiri mandat, in exprimento Controversiis exauditis, iisdemq; bene ac diligenter trutinatis, suspensa Decisione Angularitatis, seu Acialitatis, præfatorum Bonorum, uti tam per Generosum NN. Collateralem, quam Magnificum Capitaneum, non agnitæ, imo denegatæ, ad Revisionem Ductuum per Partes demonstrandorum, Judicium sese contulit. Tandem vergente sole ad occasum, Actum suum Commissorialem ad diem crastinam Ministeriali Regni Generali Provido NN. Judicii sui apparitori, reclamare injunxit. *Ad revisionẽ Ductuũ Judicium accessit.* Tandem adveniente die crastina, Feria tertia post Festum NN. Anno præsenti, reassumpta Jurisdictione sua Commissoriali, & per præfatum Ministerialem acclamata, ad Revisionem Ductûs primo Partis Actoreæ sese contulit, & eandem sequi declaravit. *Ductus Partis Actoreæ* Et imprimis inchoavit Ductum suum Pars Actorea, à loco fundatæ Jurisdictionis, & ab iisdem Scopulis tribus Angularibus, ab Occidente ad Orientem, quantò rectius eundo, demonstravit Judicio, Monticulum, Scopulo similem, quinquaginta passibus ab Angularibus distantem, in initio Borræ densæ vario Arborum genere excretæ, contra quam Demon-

stra-

ſtrationem Scopuli proteſtati ſunt, tam Magnificus Capitaneus, quam ſubditi ejus, allegando non eſſe verum Scopulum, ſed Monticulum, à formicis extructum, & in verificationem ejus reſerationem expetiit, cujus Affectationi de Jure conceſſibili annuendo, eundem reſerare Judicium demandavit, in quo reſerato nil inventum nonniſi formicæ, cum terra mixta, ulterius ad eandem plagam Orientis eundo, devenit in eadem Borra ad locum Dictum *Czarny Smug*, in quo loco Judicio demonſtravit Monticulum ad inſtar Scopuli nullum Circulum, nec rotunditatem habentem; quo ad Affectationem Partis reſerato, nil repertum, ulterius ad eandem plagam Ductum ſuum continuando, ad loca Lutoſa, madida, quæ cum difficili tranſitu tranſgrediendo, *Białe Ługi* vocitata, demonſtravit Judicio, in loco elevatiori Monticulum oblongum, non verò Scopulo ſimilem, & ſimiter eodem reſerato, nulla ſunt ſigna Metalia reperta, & ulterius Ductu eodem exciſo, Borrâ præfata progrediendo, curvatim non vero Rectilinio verſus Orientem Hyemalem, declinando ſe in hanc & aliam Partem, demonſtravit Judicio Monticulum non poſtremæ altitudinis, ſumendo eundem ſibi pro Parietali

Scopulo,

Scopulo, ratione cujus remonſtrationis proteſtatus eſt Magnificus Capitaneus, de illegali oſtenſione, aſſerendo eundem, per everſionem Arboris in Radicibus excretum eſſe, quo reſerato Affectante Parte, inventi ſunt Radices Arboris everſæ, & Pars trunci putre facti. In ulteriori tractu Ductus ſui in Partem Meridionalem ſeſe declinando, devenit ad fluviolum à molendino N. Villæ N. profluentem, quem fluviolum ſumpſit ſibi Pars Actorea, pro Pariete & Limite naturali, & eodem Fluviolo ducente, ferme quarta parte milliaris, ex eodem egrediendo, imò omiſſo, locis ſiccis fruticetoſis, tribus, vel quatuor ſtadiis proficiſcendo, demonſtravit Judicio foſſam manu hominis erutam, allegando eandem Granicialem eſſe, & Parietem repræſentantem, quo in loco Proteſtatus eſt Magnificus Capitaneus contra præfatum Generoſum N.N. de illegali Ductione Judicii Commiſſorialis, & Demonſtrationis Ductûs, illegaliter allegando, quod is fluviolus à Molendino Capitaneatus profluens, non eſt Limes Naturalis præfatarum Hæreditatum, quia ejus utræq; Rippæ, & fundus eſt proprius Bonorum Regalium, & ad Villam N. ſpectat, quam etiam eadē Foſſa, non eſt Granicialis, non niſi circa argillam, ad

præ-

præſens fruticetoſam, erecta. Qua foſsâ uno ſtadio tantum tendente, devenit ad locum dictum *Oſtra Górka*, in quo demonſtravit Scopulos Aciales, ſeu Angulares, Parietem ſuæ Hæreditatis, & Bonorum Regalium Villæ N. concludentes, & determinantes, circa Acialem Scopulum Collateralis Generoſi NN. Bonorum Villæ N. Hæredis, determinavit ductum ſuum. Contra quem totum Ductum proteſtatus eſt idem Magnificus Capitaneus, tum de nullitate ejuſdem, uti obliquitatem ſummam in ſe continentis, primò ad Orientem, ac poſt ad meridiem, in hanc & in aliam Partem ſeſe declinando curvatim, partim fundis propriis, Bonorum Regalium, Hæreditatis Villæ N., partim fluviolo Parietaliter pro Limite ſumpto, nullis Documentis firmati, neq; Scopulis realibus demonſtrati. Reproteſtatur Generoſus NN. contra præmiſſam Proteſtationem, quia ritè & legitimè Ductum ſuum continuavit, & eundem tam Documentis in tractu Cauſæ, quam Inquiſitionibus probaturum ſe offert & declarat. In quo loco, petiit eadem Pars Actorea ad Judicium Illuſtris: & Magnificorum Commiſſariorum, Generoſum NN. Villæ N. Hæredem, tanquam determinati Ductûs, ultimum Collateralem acclamari, juxta

*Proteſtatur M. Capitaneus contra totũ Ductũ Partis Actorea.*

*Determinatio Ductûs Partis Actorea.*

Q lite-

literas Innotescentiæ Commissorialis, ad sui instantiã, contra eundem editas, tenoris talis (inseratur similis & conformis, prout contra primum principii Ductûs, Collateralem, Innotescentiæ, mutato nomine, & cognomine, & Bonorũ ipsius, tum & vigore mandati Sacræ Regiæ Majestatis, ad eundem Citatum, eo fine directum, simile quoq; mandatum ut supra) Cujus postulationi Illustris: & Magnifici Commissarii præfatum Generosum NN. Villæ N. Hæredem, ultimũ Collateralem, ad Judicium suum acclamari mandaverũt: Qui acclamatus, per Ministerialem suprascriptum, in eo loco personaliter comparuit, & ibidem in eodem loco *Ostra Gorka* dicto, concurrentiam Parietum trinarum Hæreditatum, seu veram Acialitatem, Villæ N. Generosi Actoris Hæreditariæ, & Villæ N. Bonorum Regalium, & tertiæ sui Collateralis agnovit, & Graniciebûs Anni NN. probavit.

*Agnitio Angularitatis per Collaterale ultimum seu Acialitatis.*

Ductu itaq; Partis Actoreæ Judicium Commissoriale revisô, & fideliter connotato, ad Revisionem Ductûs Magnifici Capitanei Citati sese contulit. Et imprimis incepit Ductum suum ab hac Angularitate, seu Acialitate, per Generosum NN. Collateralem agnita, & processit versùs Septemtrionem, à meridie, & de-

*Ductus M. Capitanei.*

ve-

venit ad Sylvam quercineam, *Dąbrowa* vocitatam, & ibidem penes viam, non adeo tritam, de Villa N. ad Villam N. tendentem, demonſtravit Judicio Monticulum, allegando eſſe primum Scopulum Parietalē, ferme tribûs ſtadiis, ab eadem Augularitate diſtantem, cujus reſerationem Pars Actorea affectavit. In quo reſerato, nil repertum, nonniſi terra videtur eſſe mixta, à quo Scopulo Rectilinio progrediendo eadem Sylva quercinea, devenit ad viam tranſverſalem, quarum una tendit ex Oppido N. ad Villam N. altera de Villa N. ad Villam N. inter quas vias oſtendit Judicio Monticulum ad inſtar Scopuli, quô reſeratô nil inventum eſt. Ulteriori Ductu procedendo, ab eodem reſerato acſi Scopulo, declinando ſe in mediam plagam Orientis & Septemtrionis, adduxit Judicium ad locum *Białe Ługi* lutoſum & madidum, & confinio eadem loca tranſgrediendo, demonſtravit Judicio Inciſionem in Arbore Betulinea, ad inſtar Crucis, & ab eadem Arbore versùs Septemtrionem procedendo, Sylva partim pinatica, partim quercinea, partim Coryllis excreta, ferme ſex ſtadiis ab illa Arbore Betulinea, demonſtravit Judicio ſimilem Inciſionem in Arbore Acerna, quas Inciſiones

Parietem designantes, allegavit. Protestatus est Generosus NN. Actor, contra illegalem demonstrationem Magnifici Capitanei, & subditorum ejus, tam Monticulorum, quam Incisionum noviter non pridē per subditos ejus factarum, ratione cujus illiciti ausus, protestationem & visionem Ministerialis una cum Nobilibus NN. earundem Incisionum, coram Actis Castrensibus N. Anno N. intulit, & præsenti in Termino probat.

Reprotestante Magnifico Capitaneo, quod eædem Incisiones antiquitus factæ sunt, & Scopuli vere reales, quia Antiquitas non observabat signa metalia imponere. Connotatis itaq; protestationibus adduxit Judicium ad Confinium sylvæ ejusdem, & sub ipsa sylva, versùs campos, & agros Hæreditatis Villæ N. Ductum suum, in concurrentia trinarum Hæreditatum, attentante Parte Collateraliter Adcitata, & eadem agnoscente, Ductum suum determinavit. Protestatur Pars Actorea de nullitate, & Invaliditate Ductus totalis, uti obliquè, nec per quem, nec ad quem, determinati.

*Determinatio Ductus M. Capitanei.*

Quibus finitis & revisis Ductibus Partium utrarumq; Actum præsentem declinante sole ad Occa-

sum

ſum ad diem craſtinam limitat, & eandem Miniſteriali reclamare demandat. Tandem adveniente die craſtina, Feria N. Anno N. reaſſumpta Juriſdictione, ex ſupraſcripta Limitatione incidenti, Partibus in Cauſa procedere injunxit. In proſecutione cauſæ, ad ſufficientiorem probationem Ductuum, neceſſariam eſſe Inquiſitionem adinvenit, decernendo, quatenus Partes utræq;, tum Collateralis Generoſus NN. in ambigua Angularitate ſe ſiſtens, & quidem Partes principaliter agentes, tam reſpectu Angularitatis, quam univerſalis Ductus. Jam verò Generoſus NN. Collateralis, quo ad ſolam Angularitatem, ſeu Acialitatem ſui, ubinam reperiri poterit vera concurrentia trinarum Hæreditatum, eandem Inquiſitionem expediant, & teſtes inducant, præviis porrigendis Interrogatoriis, & ſibi ab invicem communicandis, idq; in inſtanti, & ſuper Incorruptionem Teſtium, additur Miniſterialis, ad pronunciandam Juramenti Rotham. Quod Juramentùm, ſiquidem Partes, tam principaliter agentes, quam Collateralis in facie Judicii ſui, ad imaginem Crucifixi Domini, Rothiſante ſibi Miniſteriali præſtiterunt. Proinde Judicium ad expediendam eandem Inquiſitionem proceſſit, & Par-

*In præſequẽda. injuncta Inquiſitio*


tibus

